Corderii Colloquiorum

CENTURIA SELECTA:

OR, A

SELECT CENTURY

OF

CORDERY's COLLOQUIES,

WITH THE

Following Improvements, in a Method entirely new.

I. The Words of the AUTHOR are placed in their Grammatical Order, in the lower Part of the Page.

II. In the Order of Construction, every Word of more than two Syllables is marked with an Accent, directing the Pronunciation.

III. The Phrases englished.

IV. An Alphabetical Vocabulary of all Words in the AUTHOR, shewing their Parts of Speech and Signification.

V. The Themes of the Verbs accented, and their Government.

For the USE of SCHOOLS.

By *JOHN STIRLING*, D.D.
Chaplain to his Grace the Duke of *GORDON*, and Vicar of *Great Gaddesden*, *Hertfordshire*.

THE SIXTH EDITION.

LONDON:
Printed for J. RIVINGTON and SONS, T. LONGMAN, B. LAW, S. CROWDER, G. G. J. and J. ROBINSON, and R. BALDWIN.
[Price 1s. 6d.]

12932.aa.11

BRITISH MUSEUM

PREFACE to CORDERY.

THIS Book contains a Select Hundred of Cordery's *Colloquies, in a Method better adapted to the weak Capacities of young Beginners in the Latin Tongue, and with more Improvements than any other Edition hitherto publiſhed. It acts the Part of a ſilent but inſtructive Maſter in every Reſpect, and affords all the Helps they ſtand in need of, either from Grammar or Dictionary, as the Title ſufficiently ſhews. As I have in all my other Books laid down the Manner of teaching in which I proceed, it may be neceſſary I ſhould do it here alſo, leſt thoſe happen not to come into the ſame Hands. The right Way then of ſetting out with the greateſt Succeſs and Expedition, in my Opinion, is, to enter the Scholar firſt in the Vocabulary, which he muſt commit to Memory ſo exactly, as to be able to give the Signification of every Latin Word, when the Engliſh is under Cover. He may then begin the* Ordo *both in reading and tranſlating, with Pleaſure, Eaſe, and Certainty, having no Difficulties to encounter in either; the Pronunciation being adjuſted by the Accents, and the Words placed in their natural and grammatical Order, as they are to be conſtrued in our Language. Having thus finiſhed the Book once, he will have more Skill and Courage to try the Author himſelf, where if he meets with any Stop, he has no ſooner Recourſe to the* Ordo *than the Hindrance is removed, and he goes on with new Vigour again. While he is making his ſecond Progreſs through the Book, it will be of conſiderable Service to him, if he employs ſome Hours in*

the Vocabulary again; but ſo, that, upon ſeeing the Engliſh Word only, he may readily give the Latin now under Cover. This will anſwer many excellent Purpoſes to the Scholar, provide him with many Words for the other Claſſics, and particularly lay the firſt Foundation of ſpeaking the Latin, ſo neceſſary to all, who would have a right Uſe of that Language. Cordery *ſeems to have had this principally in View, in his Labours for the Schools. His Colloquies were contrived to repreſent the various Scenes of Diverſion and Study, and give the ſeveral Topics of School-Boys Converſation; that the Youth in ſucceeding Ages might be able, in ſo uſeful a Tongue, to expreſs themſelves properly in the like Circumſtances. The learned* Eraſmus *alſo thought it called for his Care too, and therefore purſued the ſame End; with this Difference only, that as* Cordery *writ for Boys, his more elaborate Works are deſigned and calculated for Men, his refined Stile and higher Subjects being not unworthy of their Peruſal. In order to make this Book more effectually ſerve to that Purpoſe, let the Scholar be often employed in tranſlating it, and frequently put upon reading from the* Ordo *into the Engliſh. As ſoon as he can do this without Heſitation, there is but one Step further to be made, namely, that the Maſter propoſe the Sentence in Engliſh, which the Boy is to anſwer in the Latin, and then the Point is gained. In this Way of proceeding, the whole Streſs is laid upon the Memory alone, and removes the grand Objection brought againſt ſpeaking the Language in Schools; becauſe Boys are in little Danger of getting a Habit of ſpeaking it ill, ſince they uſe not their own Words, but the Author's, who has furniſhed them with a great Variety of Sentences to ſuit almoſt every Circumſtance either of Play or Buſineſs. As I am alſo, with many others, ſufficiently convinced of the Uſefulneſs and even Neceſſity of Literal Tranſlations, ſo am I far from diſcouraging them by this Method; but, on the contrary,*

contrary, have deviſed it on purpoſe to anſwer the very Deſign of them with greater Advantages. The Grammatical Order of the Words muſt undoubtedly be the firſt Step to make theſe Tranſlations of any Service; becauſe, without that, the young Scholar is ſtill left by himſelf, to ſtruggle with ſeveral Difficulties at once, and every one of them above his Abilities. Whereas, when the Vocabulary is thoroughly learned, as above directed, the grammatical Conſtruction alone prepares the Way ſo, that the Boy may tranſlate literally in School or at Home, which will give him a conſtant and proper Exerciſe of his Skill in parſing both the Latin and Engliſh Tongue. In the next Place, as it is an indiſputable Truth both from the Reaſon of the Thing, and from conſtant Obſervation and Experience, that we can receive Inſtruction and Improvement in the Latin, no otherwiſe than from our Acquaintance with the more known Principles of our native Language, into which the other is tranſlated; ſo it plainly follows, that the moſt natural, rational, and eaſy Way of learning the former, is firſt to underſtand the latter Grammatically. In order to which, I have lately printed a Short View of Engliſh Grammar, *in all the Four Parts, in a Method intirely different from any former Attempts of the Kind, wherein the Terms uſed in the learned Languages are retained, and explained; the Part of Speech treated in a clear and diſtinct Manner; the Rules of Syntax and Rhetorick adapted to both Languages; together with proper Directions for accenting, and alſo the Uſe of Points in reading and writing. This Syſtem is a very proper, and even neceſſary Introduction to the Latin; and will not only facilitate that very difficult Part of Grammar, which teaches the Concord and Government of Words, in a Way that loads the Memory with a great Number of Rules and Exceptions, but, in place of them, will afford us a good and*

almoſt

almoſt univerſal Direction in Syntax, from the Principles of the Engliſh, which we never can forget.

As this, together with my other Books, is humbly offered to the Publick, with a ſincere Intention of doing good; ſo its favourable Acceptance will more and more encourage me to purſue my Deſign of publiſhing the other Claſſicks in the ſame Method, and with the like Improvements.

COR-

CORDERIUS.

COLL. I.

A. QUID agis?

B. Repeto mecum.

A. Quid repetis?

B. Quod penſum hodie nobis præceptor præſcripſit.

A. Teneſne memoriâ?

B. Sic opinor.

A. Repetamus itaque unà, ſic uterque noſtrûm rectiùs coram præceptore pronunciabit.

B. Incipe tu igitur, qui me provocâſti.

A. Agè, attentus eſto, ne me aberrare ſinas.

B. Promptior ſum ad audiendum, quàm tu ad pronunciandum.

ORDO.

A. Quid agis? *B.* Répeto mecum. *A.* Quid répetis? *B.* Penſum, quod præceptor præſcripſit nobis hodie. *A.* Tenéſne memóriâ? *B.* Sic opínor. *A.* Itaque repetámus unà, ſic utérque noſtrûm pronunciábit réctiùs coram præceptóre. *B.* Tu íncipe ígitur, qui provocavíſti me. *A.* Agè, eſto atténtus, ne ſinas me aberráre. *B.* Sum prómptior ad audiéndum, quàm tu ad pronunciándum.

COLL. II.

A. VIſne mecum prælectionem repetere?

B. Volo.

A. Tenéſne?

B. Non rectè ſatis fortaſſè.

A. Agè, periculum faciamus.

B. Quid

ORDO.

A. Viſne repétere prælectiónem mecum? *B.* Volo. *A.* Tenéſne? *B.* Fortaſſè non rectè ſatis. *A.* Agè, faciámus

B. Quìd igiter expectamus?

A. Ubi voles incipe.

B. Atqui tuum potiùs eſt incipere.

A. Quíd ita?

B. Quia tu me invitâſti.

A. Æquum dicis, attende igitur.

B. Attendo, repete.

ORDO.

ciámus periculum. *B.* Quìd expectámus ígitur? *A.* Incipe ubi voles. *B.* Atqui eſt tuum *officium* pótiùs incípere. *A.* Quíd ita? *B* Quia tu invitavíſti me. *A.* Dicis æquum, atténde ígitur. *B.* Atténdo répete.

COLL. III.

A. JAMNE tenes quæ horâ tertiâ reddenda ſunt?

B. Teneo.

A. Ego quoque.

B. Ergo pauliſper confabulemur.

A. Sed ſi intervenerit monitor, nos garrire putabit.

B. Quid times, ubi nihil timendum eſt? ſi venerit, nos in otio, aut in aliquâ re malâ, non deprehendet; noſtrum, ſi velit, audiat coloquium.

A. Optimè loqueris; aliquo in angulum ſecedamus, ne quis nos impediat.

ORDO.

A. Jamne tenes quæ ſunt reddénda tértiâ horâ? *B.* Téneo. *A.* Ego quoque. *B.* Ergo confabulémur paulíſper. *A.* Sed ſi mónitor intervénerit, putábit nos garríre. *B.* Quìd times, ubi nihíl eſt timéndum? ſi venérit, non deprehéndet nos in ótio, aut in áliquâ malâ re; ſi velit, aúdiat noſtrum çollóquium. *A.* Lóqueris óptimè, ſecedámus áliquò in ángulum, ne quis impédiat nos.

COLL IV.

A. HIC nos otiari non decet, aut garrire dum præceptor expectatur.

B. Quid ais? non decet, imò non licet, niſi volumus vapulare.

A. Tu-

ORDO.

A. Non décet nos otiári hìc, aut garríre, dum præcéptor expectátur. *B.* Quid ais? non decet, imò non licet,

A. Tu me igitur audi dum prælectionem pronuncio, ego deinde te audiam.

B. Agè, pronuncia.

A. Jam nonne teneo?

B. Nondum ſatis rectè? ſemel atque iterum relege.

A. Ita faciam.

B. Teneſne nunc?

A. Sic opinor; periculum faciam, ſi vis me audire.

B. Agè, pronuncia: omnia rectè reddidiſti.

ORDO.

niſi vólumus vapuláre. *A.* Tu audi me ígitur, dum pronúncio prælectiónem, deínde ego áudiam te. *B.* Agè, pronúncia. *A.* Nonne téneo jam? *B.* Nondum rectè ſatis; rélege ſemel atque íterum. *A.* Ita fáciam. *B.* Teneſne nunc? *A.* Sic opínor; fáciam periculum, ſi vis audíre me. *C.* Agè, pronúncia: reddidiſti ómnia rectè.

COLL. V.

A. CUR non ſcribis?

B. Quia non libet.

A. Atqui præceptor te juſſit.

B. Scio, ſed aliquid priùs legendum eſt mihi; præterea, nihil habeo, quod nunc ſcribam.

A. O ſi mihi ſcribere velles.

B. Quidnam?

A. Habeo deſcribenda præceptoris dictata.

B. Quæ dictata?

A. In Ciceronis epiſtolas.

B Tibi libenter deſcribam; ſed diem craſtinum expecta.

A. Expectabo igitur; ſed ne fallas, quæſo.

B. Non fallam.

ORDO.

A. Cur non ſcribis? *B.* Quia non libet. *A.* Atqui præcéptor juſſit te. *B.* Scio, ſed eſt mihi áliquid legéndum priùs; prætérea, hábeo nihil, quod ſcribam nunc. *A.* O ſi velles ſcríbere mihi. *B.* Quidnam? *A.* Hábeo dictáta præceptóris deſcribénda. *B.* Quæ dictáta? *A* In epíſtolas Cicerónis. *B.* Deſcríbam tibi libénter; ſed expécta cráſtinum diem. *A.* Expectábo ígitur; ſed ne fallas, quæſo. *B.* Non fallam.

COLL. VI.

A. VISNE mihi deſcribere prælectionem?

B. Cur non ſcripſiſti ipſe?

A. Quia heſterno die occupatus fui.

B. Librum meum accipe et deſcribe.

A. Non ignoras me lentiùs ſcribere, et tu totum citiùs deſcripſeris, quàm ego quatuor aut quinque verſiculos.

B. Tibi alium ſcriptorem quære; nunc tibi operam dare non poſſum.

A. Cur non.

B. Aliud negotium eſt mihi, idemque perneceſſarium.

A. Urgere te nolo, nec quidem poſſum, ſed ſaltem codicem tuum commoda.

B. Accipe, ut libet utere, modò ne abutare.

A. Nihil eſt quod verearis hìc.

ORDO.

A. Viſne deſcríbere prælectiónem mihi? *B.* Cur non ſcripſíſti ipſe? *A.* Quia fui occupátus heſtérno die. *B.* Accipe meum librum et deſcríbe. *A.* non ignóras me ſcribere léntiùs, et tu deſcripſeris totum cítiùs, quám ego *deſcripſéro* quátuor aut quinque verſículos. *B.* Quære álium ſcriptórem tibi: nunc non poſſum dare óperam tibi. *A.* Cur non? *B.* Eſt mihi áliud negótium, idémque perneceſſárium. *A.* Nolo urgére te, nec quidem poſſum, ſed ſaltem cómmoda tuum códicem. *B.* Accipe, útere ut líbet modò ne abutáre. *A.* Eſt nihil quod vereáris hic.

COLL. VII.

A. UNDE venis?

B. Venio infernè.

A. Quod erat tibi negotium infra?

B. Ivi redditum urinam.

A. Nunc ad menſam ſede, et in cubiculo mane, donec redivero.

B. Quid

ORDO.

A. Unde venis? *B.* Vénio infernè. *A.* Quod negótium erat tibi infrà? *B.* Ivi rédditum urinam. *A.* Nunc ſede ad menſam, et mane in cubículo, donec redívero.

B. Quid

B. Quid interea agam?

A. Prælectionem in diem craſtinum ediſce, ut eam mihi ante cœnam reddas.

B. Jam edidici, præceptor.

A. Lude igitur.

B. Sed nullos habeo colluſores.

A. Nonnullos hâc in vicinià invenies, ex tuis etiam condiſcipulis.

B. Id nunc non curo; malim, ſi tibi placet, de catechiſmo in diem craſtinum ediſcere.

A. Ut libet.

B. Si quis te quærat, quid illi dicam?

A. Dic prodiiſſe me ſed mox reverſurum.

ORDO.

B. Quid agam intérea? *A.* Ediſce prælectiónem in cráſtinum diem, ut reddas eam mihi ante cœnam. *B.* Jam edídici, præcéptor. *A.* Lude ígitur. *B.* Sed hábeo nullos colluſóres *A.* Invénies nonnúllos in hâ vicíniâ. etiam ex tuis condiſcípulis. *B.* Non curo id nunc; ſi placet tibi, malim ediſcere de catechíſmo in cráſtinum diem. *A.* Ut libet. *B.* Si quis quærat te, quid dicam illi? *A.* Dic me prodiíſſe, ſed reverſúrum mox.

COLL. VIII.

A. VISNE mihi dare unicam pennam?

B. Mihi non dantur.

A. Hem! mihi rem tantillam negas? quid ſi magnum quiddam rogarem?

B. Fortaſſe repulſam ferres.

A. Credo equidem: agè, dono non peto, viſne commodare! cras tibi reddam.

B. Non recuſo, modo ne abutaris.

A. Non abutar.

B. Cave ne hinc pedem moveas, antequam redeam.

A. Nuſ-

ORDO.

A. Viſne dare únicam pennam mihi? *B.* Non dantur mihi. *A.* Hem! negas tantíllam rem mihi? quid ſi rogárem quiddam magnum? *B.* Fortaſſe ferres repulſam. *A.* Credo équidem: agè, non peto dono, viſne commodáre? reddam tibi cras. *B.* Non recúſo, modò me abutáris. *A.* Non abútar. *B.* Cave ne móveas pedem hinc

A. Nuſquam movebo, dummodò maturè redeas, alioqui reditum tuum non expectabo.

ORDO.

ántequam rédeam. *A.* Movébo nuſquam, dúmmodò rédeas matúrè, alióqui non expectábo tuum réditum.

COLL. IX.

A. VISNE mihi Terentium tuum commodare?

B. Volo equidem, modo illum repetas a Conrado cui utendum dedi.

A. Quo ſigno vis repetam?

B. Hoc nempe. quòd ejus epiſtolas habeo.

A. Id mihi ſatis eſt.

B. Sed quando reddes?

A. Quum contextum in tres aut quatuor prælectiones deſcripſero.

B. Matura igitur, ne meo incommodes ſtudio.

A. Maturabo.

B. Sed heus! cura ne macules, alioquin poſthac ægrè commodabo.

A. Nempe beneficio indignus eſſem.

ORDO.

A. Viſne commodáre tuum Teréntium mihi? *B.* Volo équidem, modò répetas illum a Conrádo, cui dedi uténdum. *A.* Quo ſigno vis *ut* répetam? *B.* Nempe hoc, quòd hábeo ejus epiſtolas. *A.* Id mihi eſt ſatis. *B.* Sed quando reddes? *A.* Quum deſcripſero contéxtum in tres aut quátuor prælectiónes. *B.* Matúra ígitur, ne incómmodes meo ſtúdio. *A.* Maturábo. *B.* Sed heus! cura *ut* ne mácules, poſthâc alióquin ægrè commodábo. *A.* Nempe eſſem indígnus benefício.

COLL. X.

A. VIDISTINE librum meum?

B. Quem librum quæris?

A. Ciceronis epiſtolas.

B. Ubi reliquiſti?

A. In ſcholâ oblitus ſum.

B. Tua

ORDO.

A. Vidiſtine meum librum? *B.* Quem librum quæris? *A.* Epiſtolas Cicerónis. *B.* Ubi reliquiſti. *A.* Sum oblitus

in

B. Tua fuit negligentia.

A. Fateor; ſed interim, ſi ſcias quem accepiſſe, indica.

B. Cur non præceptorem adis? Solet, ut ſcis, aut ea quæ a nobis relicta ſunt, in Muſeolum ferre, aut alicui qui reddat dare.

A. Benè mones: quàm oblivioſus ſum qui iſtud non cogitaveram!

ORDO.

in ſcholâ. *B.* Fuit tua negligéntia. *A.* Fáteor, ſed ínterim índica, ſi ſcias quem accepíſſe. *B.* Cur non adis præceptórem? Solet, ut ſcis, aut ferre ea, quæ ſunt relícta a nobis in Muſéolum, aut dare álicui qui reddat. *A.* Mones benè: quam oblivióſus ſum, qui non cogitáveram iſtud!

COLL. XI.

A. POTESNE mihi mutuo dare pecuniæ aliquantulum?

B. Quantum petis?

A. Quinque aſſes, ſi tibi commodum eſt.

B. Non tot habeo.

A. Quot igitur?

B. Tantùm quatuor.

A. Benè ſanè, da mihi iſtos quatuor.

B. Dabo dimidium, ſi vis.

A. Cur non totum.

B. Quia mihi opus eſt duobus.

A. Da mihi duos igitur, quæſo.

B. Sed tibi non ſufficient.

A. Ab aliquo alio petam.

B. Hos igitur duos accipe.

A. Quando reddes?

B. Die Saturni, ut ſpero, cùm ad forum venerit pater.

A. Eſto igitur memor.

B. Ne timeas.

ORDO.

A. Potéſne dàre mihi aliquántulum pecúniæ mútuo? *B.* Quantum petis? *A.* Quinque aſſes, ſi eſt cómmodum tibi. *B.* Non hábeo tot. *A.* Quot ígitur? *B.* Tantùm quátuor. *A.* Benè ſanè, dà mihi iſtos quátuor. *B.* Dabo dimídium, ſi vis. *A.* Cur non totum? *B.* Quia eſt mihi opus duóbus. *A.* Da mihi duos ígitur quæſo. *B.* Sed non ſufficient tibi. *A.* Petam ab áliquo álio. *B.* Accipe hos duos ígitur. *A.* Quando reddes? *B.* Die Satúrni, ut ſpero, cùm pater vénerit at forum. *A.* Eſto memor ígitur. *B.* Ne timeas.

COLL. XII.

A. DA mutuo mihi duos asses.

B. Nunc mihi dare non facile est.

A. Quid obstat? scio te hesterno die pecuniam accepisse.

B. Accepi quidem, sed emendi sunt libri et alia mihi necessaria.

A. Tuum commodum remorari nolo.

B. Ubi emero quæ mihi sunt opus, si quid supersit, dabo mutuo.

A. Interea igitur sperans expectabo: sed quid si tibi superstiterit nihil?

B. Tibi statim dicam, ne diutiùs frustra expectes.

A. Quando emes ea quæ decrevisti?

B. Cras, ut spero, aut ad summum perendie.

ORDO.

A. Da mihi duos asses mútuo. *B.* Nunc non est fácile mihi dare. *A.* Quid obstat? scio te accepísse pecúniam hestérno die. *B.* Accépi quidem, sed libri sunt eméndi, et ália necessária mihi *A.* Nolo remorári tuum cómmodum. *B.* Ubi émero quæ sunt opus mihi, si quid supérsit, dabo mútuo. *A.* Intérea ígitur sperans expectábo: sed quid si nihil superstíterit tibi? *B.* Dicam tibi statim, ne expéctes diútiùs frustra. *A.* Quando emes ea quæ decrevísti? *B.* Cras, ut spero, aut peréndie ad summum.

COLL. XIII.

A. ABiitne pater tuus?

B. Abiit.

A. Quotâ horâ?

B. Primâ pomeridianâ.

A. Quid tibi dixit?

B. Multis verbis me monuit, ut diligenter studerem.

A. Utinam sic facias.

B. Faciam Deo juvante.

A. Deditne tibi pecuniam?

B. Dedit, ut solet ferè

A. Quantum?

B. Nihil ad te.

A. Fateor;

ORDO.

A. Tuúsne pater abívit? *B.* Abívit. *A.* Quotâ horâ? *B.* Primâ pomeridiánâ *A.* Quid dixit tibi? *B.* Mónuit me multis verbis, ut studérim diligénter. *A.* Utinam fácias sic. *B.* Fáciam Deo juvánte, *A.* Deditne pecúniam tibi? *B.* Dedit, ut solet ferè. *A.* Quantum? *B.* Nihil

ad

A. Fateor; ſed tamen quid facies pecuniâ iſtâ?

B. Emam chartam, et alia quæ mihi ſunt opus.

A. Quid ſi amiſeris?

B. Æquo animo ferendum erit.

A. Quid ſi fortè eguero, dabiſne mutuo?

B. Dabo mutuo, et libenter quidem.

A. Ago tibi gratias.

ORDO.

ad te. *A.* Fáteor; ſed tamen quid fácies iſtâ pecúniâ? *B.* Emam chartam, et ália quæ ſunt opus mihi *A.* Quid ſi amíſeris? *B.* Erit feréndum æquo ánimo. *A.* Quid ſi fortè egúero, dabíſne mútuo? *B.* Dabo mútuo, et libénter quidem. *A.* Ago grátias tibi.

COLL. XIV.

A. UBI nunc eſt pater tuus?

B. Puto eum eſſe Lugduni.

A. Quid illic agit?

B. Negociatur.

A. A quo tempore?

B. Ab ipſo mercatûs initio.

A. Valdè miror, quî illic tamdiu commorari audeat, cùm in eâ urbe tanta ſit peſtilentia.

B. Non adeò mirandum eſt.

A. Itane tibi videtur?

B. Ita, profectò; nam aliàs majore in periculo fuit, ſed eum ſemper Dominus Deus cuſtodivit.

A. Credo equidem, et adhuc eum cuſtodiet.

B. Sed quando reverſurus eſt?

A. Neſcio, in horas expectamus.

B. Deus

ORDO.

A. Ubi eſt tuus pater nunc? *B.* Puto eum eſſe Lugdúni. *A.* Quid agit illic? *B.* Negotiátur. *A.* A quo témpore? *B.* Ab ipſo inítio mercátûs. *A* Miror valdè, quî áudeat commorári illic tamdiu, cum tanta peſtiléntia ſit in eâ urbe. *B.* Non eſt ádeò mirándum. *A.* Videtúrne tibi ita? *B.* Ita profectò; nam fuit álias in majóre períclo, ſed Dóminus Deus ſemper cuſtodívit eum. *A.* Credo équidem, et adhuc cuſtódiet eum. *B* Sed quando eſt reverſúrus? *A.* Néſcio, expectámus in horas.

B. Deus

B. Deus illum reducat.
A. Ita precor.
B. Nunc quònam abis?
A. Rectà domum, vale.
B. Vale tu quoque.

ORDO.

B. Deus redúcat illum. *A.* Ita precor. *B.* Quònam abis nunc? *A.* Rectà domum, vale. *B.* Tu vale quoque.

COLL. XV.

A. QUID ita lætus es?

B. Quia modò venit pater meus.

A. Ain' tu? unde venit?

B. Londino.

A. Quando advenit?

B. Modò, ut jam tibi dixi.

A. Jamne salutâsti?

B. Quum ex equo descenderet salutavi.

A. Quid illi feciſti ampliùs?

B. Calcaria et ocreas detraxi.

A. Miror te domi non manſiſſe propter ejus adventum.

B. Nec permiſiſſet ille, nec vellem ego, præſertim nunc, cùm prælectio audienda eſt.

A. Benè tibi conſulis, qui temporis rationem habeas. Sed valetne pater?

B. Rectè, Dei beneficio.

A. Equidem plurimùm gaudeo, tuâ cauſâ, et ejus, quòd ſalvus peregrè redierit.

B. Facis ut amicum decet, ſed cras pluribus verbis colloquemur.

A. Vide

ORDO.

A. Quìd es ita lætus? *B.* Quia meus pater venit modò. *A.* Aíſne tu? unde venit? *B.* Londíno. *A.* Quando advénit? *B.* Modò, ut jam dixi tibi. *A.* Salutavíſtine jam? *B.* Quum deſcénderet ex equo ſalutávit. *A.* Quid ámpliùs feciſti illi? *B.* Detráxi calcária et ócreas. *A.* Miror te non manſíſſe domo propter ejus advéntum. *B.* Nec ille permiſíſſet; nec ego vellem, præſértim nunc cùm prælóctio eſt audiénda. *A.* Cónſulis tibi benè, qui hábeas ratiónem témporis. Sed patérne valet? *B.* Rectè, benefício Dei. *A.* Equidem gáudeo plúrimùm, tuâ causâ, et ejus, quòd redíverit ſalvus péregrè. *B.* Facis ut decet amicum, ſed cras colloquémur plúribus verbis.

A. Vide

A. Vide præceptorem, qui jam ſcholam ingreditur.

B. Eamus auditum prælectionem.

ORDO.

A. Vide præceptórem, qui jam ingréditur ſcholam. *B.* Eámus audítum prælectiónem.

COLL. XVI.

A. UBI eſt frater tuus?

B. Modò ivit domum.

A. Quid eò?

B. Petitum nobis opſonium.

A. Quid opus vobis nunc eſt opſonio?

B. In merendam.

A. Annon in arcâ veſtrâ habetis?

B. Non.

A. Quid ita?

B. Quia mater non ſolet nobis opſonium dare, niſi præſens in tempus.

A. Nempe, quia vos guloſos eſſe novit.

B. Quomodò guloſi ſumus?

A. Quia fortaſſe uno convictu devoratis, quod in tres datum fuerat.

B. Tace, ego præceptori dicam te guloſos nos vocare.

A. Tace, ego præceptori dicam, fratrem tuum perpetuò diſcurrere.

B. Atqui non ſolet prodire, niſi cum bonâ præceptoris veniâ.

A. Atqui præceptorem fallit.

B. Quomodo eum fallit;

A. Nam

ORDO.

A. Ubi eſt tuus frater? *B.* Modò ivit domum. *A.* Quid eò? *B.* Petítum opsónium nobis. *A.* Quid opus eſt vobis opſónio nunc? *B.* In meréndam. *A.* Annon habétis in veſtrâ arcâ? *B.* Non. *A.* Quid ita? *B.* Quia mater non ſolet dare opſónium nobis, niſi in præſens tempus. *A.* Nempe, quia novit vos eſſe gulóſos. *B.* Quómodo ſumus gulóſi? *A.* Quia fortáſſe devorátis uno convíctu, quod fuerat datum in tres. *B.* Tace, ego dicam præceptóri, te vocáre nos gulóſos. *A.* Tace, ego dicam præceptóri, tuum fratrem diſcúrrere perpétuò. *B.* Atqui non ſolet prodíre, niſi cum bonâ veniâ præceptoris. *A.* Atqui fallit præceptórem. *B.* Quómodo fallit eum?

A. Nam

A. Nam non eſt præceptoris mens, ut ter quotidie prodeat.

B. Sine illum venire, videbis quod reſpondeat.

A. Imò, videat quid præceptori reſpondeat.

ORDO.

A. Nam non eſt mens præceptóris, ut pródeat ter quotídie. *B.* Sine illum veníre, vidébis quid reſpóndeat. *A.* Imò vídeat, quid reſpóndeat præcéptori.

COLL. XVII.

A. QUANDO patris reditum expectas?

B. Hinc ad diem octavum.

A. Qui ſcis diem?

B. Ipſe pater, ad me ſcripſit.

A. Adventus ejus, ut ſpero, te ditabit.

B. Ero Crœſo ditior, ſi benè nummatus venerit.

A. Tunc mihi mutuum reddes?

B. Ne dubites, quin ſi tibi opus erit ámplius, non modó mutuum reddam, ſed etiam gratiam referam.

A. Quomodo?

B. Pecuniám mutuam viciſſim dabo.

A. Nihil opus erit, ut ſpero.

B. At neſcis quid accidere poſſit.

A. Ago tibi gratias; ſaluta patrem meo nomine, ubi redîerit,

B. Faciam ita, vale.

A. Vale tu quoque.

ORDO.

A. Quando expéctas réditum patris? *B.* Hinc ad octávum diem. *A.* Qui ſcis diem? *B.* Pater ipſe ſcripſit ad me. *A.* Ejus advéntus ditabit te, ut ſpero. *B.* Ero ditior Crœſo, ſi vénerit benè nummátus. *A.* Tunc reddes mútuum mihi! *B.* Ne dúbites, quin ſi ámplius erit opus tibi, non modò reddam mútuum, ſed étiam réferam grátium. *A.* Quomodò; *B.* Dabo pecúniam mútuam viciſſim. *A.* Nihil érit opus, ut ſpero. *B.* At neſcis quid poſſit accidere. *A.* Ago grátias tibi; ſalúta patrem meo nómine, ubi rediverit. *B.* Fáciam ita, vale. *A.* Tu vale quoque.

COLL. XVIII.

A. CUR ſolus rides?

B. Quid tua refert?

A. Quia fortaſſe rides me.

B. Unde iſto oritur ſuſpicio?

A. Quia malus es.

B. Omnes quidem mali ſunt, at ego non ſum te pejor.

A. Nemo igitur ridet, niſi aliquem irrideat?

B. Non ſic intelligo, ſed qui ſolus ridet, ut ſæpe audivi, aut ſtultus eſt, aut aliquid mali cogitat.

A. Neſcio cujus iſta ſit ſententia, ſed cujuſcunque ſit, non perpetuò vera eſt; tamen admonitionem tuam in bonam partem accipio, et te viciſſim moneo, ut caveas ſuſpicioſus eſſe; nam timidis et ſuſpectis mors eſt aptiſſima: ut in morali noſtro carmine eſt.

B. Memini; tuam admonitionem boni conſulo.

ORDO.

A. Cur rides ſolus? *B.* Quid refert tua? *A.* Quia fortáſſe rides me. *B.* Unde iſta ſuſpício óritur? *A.* Quia es malus. *B.* Omnes quidem ſunt mali, at ego non ſum pejor te. *A.* Nemo igitur ridet, niſi irrídeat áliquem? *B.* Non intélligo ſic, ſed qui ridet ſolus, at audívi ſæpè, aut eſt ſtultus, aut cógitat áliquid mali. *A.* Néſcio cujus ſenténtia iſta ſit, ſed cujuſcúnque ſit, non eſt perpétuò vera; tamen accípio tuam admonitiónem in bonam partem, et móneo te viciſſim, ut caveas eſſe ſuſpicioſus: nam mors eſt aptiſſima timidis et ſuſpéctis; ut eſt in noſtro moráli cármine. *B.* Mémini; boni tuam admonitionem cónſulo.

COLL. XIX.

A. QUANTUM habis pecuniæ?

B. Aſſem cum ſemiſſe.

Quantum habes tu?

A. Non tantum.

B Quantum igitur?

A. Unicum

ORDO.

A. Quantum pecúniæ habes? *B.* Aſſem cum ſemíſſe. Quantum tu habes? *A.* Non tantum. *B.* Quantum igitur?

A. Unicum assem.

B. Vis mihi dare mutuo?

A. Est mihi opus.

B Quem in usum?

A. Ad chartam emendam.

B. Hodiè tibi reddam.

A. Addendum fuit, Deo juvante.

B. Sic docet præceptor ex Dei verbo, sed assuescere non possum.

A. Fac assuescas.

B. Quomodo id fiet?

A. Si cogitas sæpe nos a Deo sic pendere, ut nihil sine ejus auxilio possimus.

B. Bonum das mihi consilium.

A. Quale mihi dari velim.

B. Sed ut ad propositum redeamus: mihi istum assem dabis mutuo?

A. Miror te mutuo a me petere, qui plus habes quam ego.

B. Est quidam scholasticus hâc transiens, qui librum venalem ostentat.

A. Quid tum?

B. Cupio emere, quia viliùs indicat, quàm Bibliopola noster.

A. Accipe, sed, quæso, unde tam citò reddes?

B. A cœnâ domum ibo, ut a matre petam.

A. Quid si tibi dare nolit?

B. Non cunctabitur, cùm illi librum ostendero.

ORDO.

tur? *A.* Unicum assem. *B.* Vis dare mihi mútuo? *A.* Est mihi opus. *B.* in quem usum? *A.* Ad eméndam chartam. *B.* Reddam tìbi hódie. *A*, *Hoc* fuit addéndum, Deo juvánte. *B.* Sic præcéptor docet ex verbo Dei, sed non possum assuéscere. *A.* Fac *ut* assuéscas, *B.* Quómodò id fiet? *A.* Si Sæpè cógites nos sic pendére a Deo, ut póssimus nihil sine ejus auxílio. *B.* Das bonum consílium mihi. *A* Quale velim dari mihi. *B.* Sed ut redeámus ad propósitum; dabis istam assem mihi mútuo? *A.* Míror te pétere mútuo a me, qui habes plus quàm ego. *B.* Est qui am scholásticus tránsiens hâc, qui osténtat librum venálem. *A.* Quid tum? *B.* Cúpio émere; quia índicat víliùs, quàm noster Bibliopóla. *A.* Accìpe, sed unde reddes tam citò, quæso? *B.* Ibo domum a cœnâ, ut petam a matre. *A.* Quid si nolit dare tibi? *B.* Non cunctábitur, cũm osténdero librum illi.

COLL.

COLL. XX.

A. HODIE pecuniam a patre accepi, si fortè tibi opus est.

B. Nihil opus este nunc, sed tamen maximas ago tibi gratias, quòd pro liberalitate tuâ mihi ultro beneficium offers; nam quotusquisque id facit?

A. Credo pauciſſimos, tamen tu me ſæpè beneficiis provocâſti.

B. Illa adeò parva fuerunt, ut commemoratione digno non ſint.

A. Non parvum eſt beneficium, quod ab voluntate optimâ profectum eſt.

B. Utinam beneficia Dei erga nos tam expenderemus, quàm hominum ſolemus.

A. Ille faxit, ut in ea cogitatione nos exerceamus, et ſæpiùs, et diligentiùs.

B. Illud profectò neceſſarium eſt, ſi ejus benignitatem ſæpiùs erga nos experiri volumus.

ORDO.

A. Accépi pecúniam a patre hódie, ſi fortè eſt tibi opus. *B.* Eſt nihil opus nunc, ſed tamen ago máximas grátias tibi, quòd ultre offers beneficium mihi pro tuâ liberalitáte; nam quotuſquiſque facit id? *A.* Credo paucíſſimos, tamen tu ſæpè provocavíſti me beneficiis. *B.* Illa fuérunt adeò parva, ut non ſint digna commemoratióne. *A.* Beneficium non eſt parvum, quod eſt profectum ab óptimâ voluntáte. *B.* Utinam expenderémus beneficia Dei erga nos tam, quàm ſolémus *illa* hóminum. *A.* Ille faxit, ut exerceámus nos in eâ cogitatióne, et ſæpiùs et diligéntiùs. *B.* Illud profectò eſt neceſſárium, ſi vólumus ſæpiús experíri ejus benignitátem erga nos.

COLL. XXI.

A. QUID ſibi vult, quod totâ hâc hebdomade abfueris?

B. Opportuit me domi manere.

A. Quamobrem?

B. Ut matri, quæ ægrotabat, adeſſem.

A. Quid illi præſtabas officium? *B.* Ei

ORDO.

A. Quid vult ſibi, quòd abfúeris hâc totâ hebdómade? *B.* Oppórtuit me manére domi. *A.* Quámobrem? *B.* Ut adéſſem matri, quæ ægrotábat. *A.* Quid offícium præſtábas

B. Ei sæpiùs legebam.

A. Quid legebas?

B. Ex sacris literis aliquid.

A. Istud sanctum et laudabile ministerium fuit; utinam omnes sic Dei verbo studerent. Sed quid? nihil aliud agebas?

B. Quoties opus erat, illi cum ancillâ ministrabam.

A. Hæcne vera sunt?

B. Testimonium habeo.

A. Profer illud.

B. Ecce.

E. Quis scripsit?

B. Famulus noster matris nomine.

A, Ejus manum agnosco, quia ab illo sæpè mihi attulisti.

B. Licetne igitur in sedem meam redire?

A. Quidni liceat, cùm mihi satisfeceris.

B. Tibi gratias ago, præceptor.

ORDO.

stábas illi? *B.* Legébam ei sæpius. *A.* Quid legébas? *B* Aliquid ex sacris líteris. *A.* Istud fuit sanctum et laudabile ministérium; útinam omnes sic studérent verbo Dei. Sed quid? agébas nihil áliud? *B.* Quóties erat opus, ministrábam illi cum ancíllâ. *A.* Suntne hæc vera? *B,* Hábeo testimónium. *A.* Profer illud. *B.* Ecce. *A.* Quis scripsit? *B.* Noster támulus nomine matris. *A.* Agnósco ejus manum, quia sæpè attulísti mihi ab illo. *B.* Licétne igitur redíre in meam sedem? *A.* Quidni líceat, cùm satisféceris mihi. *B.* Ago grátias tibi, præcéptor.

COLL. XXII.

A. SALVE præceptor.

B. Auspicatò venis: quid nuncias?

A. Pater meus te orat, ut unà in hortos nostros suburbanos eamus animi causâ.

B. Ad eam rem cœli serenitas nos invitat, et nunc feriati sumus.

A. Sed quid illic jucundum adspectu videbimus?

B. Varias et pulchras arbores

ORDO.

A. Præcéptor, salve. *B.* Venis auspicâtò: quid núncias? *A.* Meus pater orat te, ut eámus unà in nostros suburbânos hortos causà ánimi *recreándi*. *B.* Serénitas cœli invítat nos ad eam rem, et nunc sumus feriáti. *A.* Sed quid vidébimus illic jucúndum adspéctu? *B,* Várias et pulchras

árbores cum fructibus ſuis; item herbarum et florum miram varietatem.

A. Nihil hoc tempore illis rebus jucundius eſt.

B. Ea eſt erga nos Dei beneficentia!

A. Quam aſſiduis laudibus extollere debemus; expecta pauliſper dum togam muto, ut ſim ad ambulandum expeditior. Jam paratus ſum, eamus: ſed domi ne pater eſt?

B. Præ foribus nos expectat..

A. Benè eſt, vide ut eum decenter ſalutes.

B. De hoc a te ſæpius admoniti ſumus.

ORDO.

pulchras árbores cum ſuis frúctibus; item miram varietátem herbárum et florum. *A.* Nihil eſt jucúndius illis rebus hoc témpore. *B.* Ea eſt beneficéntia Dei erga nos! *A.* Quam débemus extóllere aſſíduis laúdibus; expécta pauliſper dum muto togam, ut ſim expedítior ad ambulándum. Jam ſum parátus, eámus: ſed eſtne pater domi? *B.* Expéctat nos præ fóribus. *A.* Eſt benè, vide ut ſalútes eum decénter. *B.* Sumus ſæpiùs admóniti a te de hoc.

COLL. XXIII.

A. FRATER tuus in concione ſemper aut garrit aut ineptit, aut aliquem incitat; ex quo fit, ut ſæpè notandus ſit, ac deinde vapulet.

B. Quid vis faciam?

A. Cur non ſæpè mones?

B. Nunquam monere deſiſto.

A. Perge, precor.

B. Nihil eſt quòd me preceris; nunquam enim ceſſabo, donec, Deo volente, ex aliquâ parte ſe correxerit.

A. Sic Catonis præceptum uſurpabis, *Cumque mones aliquem*—cætera nôſti.

B. Sed

ORDO.

A. Tuus frater ſemper aut garrit in concióne, aut inéptit, aut incítat áliquem; ex quo fit, ut ſit notándus, ac deinde vápulet. *B.* Quid vis *ut* fáciam? *A.* Cur non mones *eum* ſæpe? *B.* Nunquam deſíſto monére. *A.* Perge, precor. *B.* Eſt nihil quòd precéris me; enim nunquam ceſſábo, donec, Deo voléntе, corréxerit ſe ex aliquâ parte. *A.* Sic uſurpábis præcéptum Catónis, *Cumque mones áliquem*

B. Sed oro te, mi Abrahame, ut, quoties eum notaveris, id mihi renuncies.

A. Nunquam finis esset, adeò frequens est nomen in commentariolis meis.

B. Saltem me fac certiorem, cùm denuò peccaverit; tum patri dicam, cujus verbe magis quam verbera timet.

A. Istud non parvum bonæ indolis argumentum est.

B. Ita spero, quidem: facies igitur quod rogo?

A. Ego verò, ac lubens.

ORDO.

quem—novisti cætera. *B.* Sed oro te, mi Abraháme, ut, quóties notáveris eum, renúncies id mihi. *A.* Nunquam esset finis, nomen est ádeò frequens in meis commentariólis. *B.* Saltem fac me certiórem, cùm peccáverit dénuò; tum dicam patri, cujus verba timet magis quàm vérbera. *A.* Istud non parvum arguméntum bonæ índolis. *B.* Ita spero, quidem: fácies igitur quod rogo? *A.* Verò ego *fáciam*, ac lubens.

COLL. XXIV.

A. Emistine scalpellum ut nuper volebas?

B. Non emi.

A. Quid obstitit? nam te empturum hodie dixeras.

B. Dixeram quidem, sed postea mihi in mentem venit præstare ut mercatum in hac ipsâ urbe proximè futurum expectarem.

A. Quid lucri inde facies?

B. Et minoris emam, et melioris notæ, nempe ex Germaniæ officinis.

A. Quis tibi istud consilium dedit?

B. Hieronymus noster.

A. Fecit benè, nam bonum consilium semper amicis dare debemus.

B. Tan-

ORDO.

A. Emistine scalpéllum ut nuper volébas? *B.* Non emi. *A.* Quid óbstitit? nam díxeras te emptúrum hódie. *B.* Díxeram quidem, sed póstea venit mihi in mentem præstáre, ut expectárem mercátum futúrum próximè in hâc ipsâ urbe. *A.* Quid lucri fácies inde? *B.* Emam et minóris *prétii*, et melióris notæ, nempe ex officínis Germániæ. *A.* Quis dedit istud consílium tibi? *B.* Noster Hierónymus. *A.* Fecit benè, nam semper debémus dare bonum

B. Tantúmne amicis igitur?

A. Imò et inimicis, fateor, quia Chriſtus optimus præceptor noſter ſic jubet.

B. Utinam ejus doctrinam benè memoriæ infixam conſervemus, ac eam perpetuò ſequamur.

A. Faxit ille ſpiritus bonus, cujus unius inſtinctu animi noſtri ad benè agendum accenduntur.

ORDO.

num conſilium amícis, *B.* Tántúmne amícis ígitur? *A.* Imò & inimícis, fáteor, quia Chriſtus noſter óptimus præcéptor ſic jubet, *B.* Utinam conſervémus ejus doctrínam benè infíxam memóriæ, ac perpétuò ſequámur eam. *A.* Ille bonus ſpíritus faxit, inſtínctu cujus unius noſtri ánimi accendúntur od benè agéndum.

COLL. XXV.

A. PRÆCEPTOR, viſne præmiolum dare?

B. Quamobrem?

A. Victoriæ cauſâ.

B. Ubi compares ſunt tui?

A. Hic *Hugo* et *Audax* ſunt.

B. Heus Nomenclator! hi ne victores ſunt hâc hebdomade?

A. Pauciſſimas omnium notas habent.

B. Ergo victores ſunt: quid aliud ex te quæro? quod igitur præmium petitis?

A. Quod tibi placuerit.

B. Quo jure debeo?

A. Ex promiſſo.

B. Æquum dicitis: nam quicquid rectè promiſſum eſt, præſtari debet.

A. Sic ex te didicimus.

B. Ecce vobis pennæ ſingulæ

ORDO.

A. Præcéptor, víſne dare præmíolum? *B.* Quámobrem? *A.* Cauſâ victóriæ. *B.* Ubi ſunt tui cómpares? *A.* Hic ſunt *Hugo* et *Audax*. *B.* Heus Nomenclátor! ſunt ne hi victóres hâc hebdómade? *A.* Habent paucíſſimas notas ómnium. *B.* Ergo ſunt victóres: quid áliud quæro ex te? ígitur quod præmium petítis? *A.* Quod placúerit tibi. *B.* Quo jure débeo? *A.* Ex promíſſo. *B.* Dícitis æquum; nam quicquid eſt promíſſum rectè debet præſtári. *A.* Sic didícimus ex te. *B.* Ecce ſingulæ pennæ vobi

gulæ ad ſcribendum; ac ne puretis vulgares eſſe, ex earum genere ſunt, quæ vulgò Hollandicæ appellantur.

A. Gratias tibi agimus, præceptor.

B. Quin potiùs agite gratias Deo, bonorum omnium authori, qui veſtris ſtudiis proſperos dat ſucceſſus: vos autem diligenter in literarum ſtudio pergite.

A. Operam dabimus, quantum nos juvabit Deus.

B. Sine ejus ope omnia noſtra ſunt vana.

ORDO.

bis ad ſcribéndum; ac ne putétis *eas* eſſe vulgáres, ſunt ex génere eárum, quæ vulgò appellántur Hollándicæ. *A.* Agimus grátias tibi, præcéptor. *B.* Quin pótiùs ágite grátias Deo, authóri ómnium bonórum, qui dat próſperus ſuccéſſus veſtris ſtúdiis; autem vos pérgite diligénter in ſtúdio literárum. *A.* Dábimus óperam, quantum Deus juvábit nos. *B.* Omnia noſtra ſunt vana ſine ejus ope.

COLL. XXVI.

A. QUANDO profecturus eſt domum?

B. Cras Deo juvante.

A. Quis juſſit?

B. Pater.

A. Sed quando juſſit?

B. Ad me ſcripſit ſuperiore hebdomade.

A. Quo die literas accepiſti?

B. Die Veneris.

A. Quid præterea continebant literæ?

B. Omnes rectè valere, et proximâ hebdomade initium fore vindemiæ.

A. O puerum fortunatum, qui vindemiatum properas!

B. Vis patri meo dicam, ut te accerſat?

A. Quàm acceptum mihi faceres!

B. Sed

ORDO.

A. Quando es profectúrus domum? *B.* Cras, Déo juvánte. *A.* Quis juſſit? *B.* Pater. *A.* Sed quando juſſit? *B.* Scripſit ad me ſuperióre hebdómade. *A.* Quo die accepiſti líteras? *B.* Die Véneris. *A.* Quid líteræ continébant prætéreà? *B.* Omnes valére rectè, et inítium vindémiæ fore próximâ hebdómade. *A.* O fortunátum púerum, qui próperas vindemiátum! *B.* Vis *ut* dicam meo patri, ut accérſat te? *A.* Quám accéptum *officium* fáceres mihi!

B. Sed vereor ut velit.

A. Imò gaudèbit, tum propter conjunctionem noſtram, tum quòd colloquendo Latinè nos exercebimus, et interdum de ſtudiis una conferemus.

B. Oh! exilio gaudio.

A. Amabo te, id cura, mi animule.

B. Senties; interim Deum precemur, ut facta noſtra et conſilia in ſui nominis gloriam vertat,

A. Benè mones, et certè ita facere expedit.

ORDO.

B. Sed véreor ut velit. *A.* Imò gaudébit, tum propter noſtram conjunctiónem, tum quòd exercébimus nos colloquéndo Latinè, et interdum conferémus unà de ſtúdiis. *B.* Oh! exílio gaudio. *A.* Amábo te, mi anímule, cura id. *B.* Sénties; ínterim precémur Deum, ut vertat noſtra facta et conſília in glóriam ſui nóminis. *A.* Mones benè, et certè éxpedit fácere ita.

COLL. XXVII.

A. HABESNE duas aut tres pennas?

B. Tantum duas habeo.

A. Da commodato mihi unam.

B. Non faciam.

A. Cur non?

B. Ne abutaris.

A. Memento, fortaſſe aliquando me aliquid fruſtra rogabis.

B. Atqui Chriſtus nos jubet malum bono compenſare.

A. Nondum illud didici.

B. Sed te diſcere oportet, ſi diſcipulus Chriſti cupis eſſe.

A. Quid magis cupio?

B. Diſce igitur magiſtrum imitari.

A. Temporis progreſſu diſcam.

B. Præſtaret nunc incipere,

A. Me

ORDO.

A. Habéſne duas aut tres pennas? *B.* Hábeo tantùm duas. *A.* Da unam mihi commodáto. *B.* Non faciam. *A.* Cur non? *B.* Ne abutáris. *A.* Memento, fortáſſe aliquándo rogábis me áliquid fruſtrà. *B.* Atqui Chriſtus jubet nos compenſare malum bono. *A.* Nondum dídici illud. *B.* Sed opórtet te díſcere, ſi cupis eſſe diſcípulus Chriſti. *A.* Quid cúpio magis? *B.* Igitur diſce imitári magíſtrum. *A.* Diſcam progréſſu témporis. *B.* Præſtáret incípere nunc.

A. Urges

A. Me nimis urges, nondum annum octavum complevi, ut ait mater.

B. Semper tempus est benè agendi; sed interim ne mihi succenseas, quæso; jocabar enim, ut te tantisper ad colloquium invitarem, dum otiosi sumus; ecce tibi penna, eaque non omninò pessima.

A. Statim tibi reddam, cùm aliquid descripsero.

B. Quid igitur faciam?

A. Quicquid voles, nam tibi a me dono datur.

B. Tibi maximas habeo gratias.

ORDO.

A. Urges me nimis, nondum complévi octávum annum, ut mater ait. *B.* Est semper tempus agéndi benè; sed interim ne succénseas mihi, quæso, enim jocábar, ut invitárem te tantísper ad colloquium, dum sumus otiósi; ecce penna tibi, eaque non omninò péssima. *A.* Statim reddam tibi, cùm descripsero áliquid. *B.* Quid fáciam ígitur? *A.* Quicquid voles, nam datur tibi dono a me. *B.* Hábeo máximas grátias tibi.

COLL. XXVIII.

A. UNDE redis tam anhelus?

B. A foro.

A. Quid illinc adfers!

B. Scalpellum.

A. Quanti emisti?

B. Duobus assibus.

A. Estne bonum?

B. A Germania est, ut dixit mercator; notam vide.

A. Ego minimè novi, sed non prudenter satis facis, qui cuilibet mercatori fidis.

B. Quid facerem?

A. Aliquem peritum adhibere debuisti, qui optimum tibi diligeret.

B. Hìc erravi fateor, sed hoc

ORDO.

A. Unde redis tam anhélus? *B.* A foro. *A.* Quid adfers illinc? *B.* Scalpéllum. *A.* Quanti *prétii* emísti? *B.* Duóbus ássibus. *A.* Estne bonum? *B.* Est a Germániâ, ut mercátor dixit; vide notam. *A.* Ego mínimè novi, sed non facis prudénter satis, qui fidis cuílibet mercatóri. *B.* Quid fácerem? *A.* Debuísti adhibére áliquem perítum, qui delígeret óptimum tibi. *B.* Hìc erávi fáteor, sed hoc consolátur me, quòd mercâtor habétur bonus vir, útpote

hoc me consolatur, quòd mercator vir bonus habetur, utpote professionis Evangelicæ.

A. Quasi nulli ejusmodi fallaces sint.

B. Puto plurimos esse.

A. Sed hæc omittamus, scalpellum potiùs experiamur.

B. Experientia nos docebit.

A. Accipe et tenta, obsecro, nam non nisi levissimè probavi, idque inter emendum.

B. Papæ! quis te tam prudenter agere docuit?

A. Rogas? non memini nisti præceptorem tam sæpe nobis dicere, Deum solum esse, qui bona docet?

B. Profectò hìc optimè te docuit.

A. Ex animo illi gratias ago; et precor, ut me semper suæ voluntati parere doceat.

B. Ego quoque idem precor, nec solùm nobis sed omnibus piis.

A. Facis, ut pium decet puerum.

B. Sed estne tempus, ut nos in auditorium conferamus?

A. Sic est, libros sume, et unà eamus.

ORDO.

útpote Evangélicæ professiónis. *A.* Quasi nulli ejúsmodi sint falláces. *B.* Puto esse plúrimos. *A.* Sed omittámus hæc, pótiùs experiámur scalpéllum. *B.* Experiéntia docébit nos. *A.* Accipe et tenta, óbsecro, nam non probávi nisi levíssimè, idque inter eméndum. *B.* Papæ! quis dócuit te ágere tam prudénter? *A.* Rogas? non meminísti præcéptórem tam sæpè dícere nobis, esse Deum solum, qui docet bona? *B.* Profécto dócuit te óptimè híc. *A.* Ago grátias illi ex ánimo; et precor, ut dóceat me semper parére suæ voluntáti. *B.* Ego quoque precor idem, nec solùm nobis, sed ómnibus piis. *A.* Facis, ut decét pium púerum. *B.* Sed estne tempus, ut conferámus nos in auditórium? *A.* Sic est, sume libros, et eámus una.

COLL. XXIX.

A. COMMODA mihi fieri potest. Virgilium in duos dies, si nullo incommodo tuo *B.* Profecto non possum. *A.* Cur

ORDO.

A. Cómmoda Virgílium mihi in duos dies, si potest fieri nullo incómmodo tuo. *B.* Profécto non possum. *A.* Cur

A. Cur non?

B. Quia Gerardus, qui nuper a me commodato accepit pignori, appoſuit.

A. Ain' tu, pignori?

B. Sic eſt ut dico.

A. Quanti oppignoravit?

B. Tribus aſſibus, ut ait.

A. O hominem ingratum!

B. Tantùmne ingratum?

A. Imò verò, et ingratum et malum, ſed potuitne rem tuam, te inconſulto, oppignorare?

B. Potuit, ut factum vides.

A. Non debuit tamen.

B. Rem acu tetigiſti: ſed quid facerem?

A. Rogas? defer eum ad præceptorem.

B. Malo iſtam injuriam pati, quàm committere ut miſer vapulet.

A. Benè facis dummodò tuum reddet.

B. Reddet ſpero.

A. Unde redderet?

B. Ait ſe brevi pecuniam a patre accepturum.

A. Quid ſi te fallat?

B. Fieri poteſt, ſed tamen aliquot dies expectabo, quid futurum ſit, deinde conſilium capiam.

A. Nihil conſilio recto tutius eſt.

B. Probè meminiſti, nam ſic præceptor nobis dictavit; ſed nunquid aliud vis?

A. Ut tibi benè ſit.

B. Et tibi optimè.

ORDO.

A. Cur non? *B.* Quia Gerárdus, qui nuper accépit a me commodáto, appóſuit pignori. *A.* Ain' tu, pignori? *B.* Sic eſt ut dico. *A.* Quanti *prétii* oppignorávit? *B.* Tribus áſſibus, ut ait. *A.* O ingrátum hóminem? *B.* Tantúmne ingrátum? *A.* Imò verò, et ingrátum et malum. Sed potuitne oppignoráre tuam rem, te inconſúlto? *B.* Potuit, ut vides *eſſe* factum. *A.* Tamen non débuit. *B.* Tetigíſti rem acu; ſed quid fácerem? *A.* Rogas? defer eum ad præceptórem. *B.* Malo pati iſtam injúriam, quàm committere ut miſer vápulet. *A.* Facis benè, dummodò reddet tuum. *B.* Reddet, ſpero. *A.* Unde rédderet? *B.* Ait ſe acceptúrum pecúniam brevi *témpore* a patre. *A.* Quid ſi fallat te? *B.* Poteſt fieri, ſed tamen expectábo aliquòt dies, quid fit futúrum, deinde cápiam conſilium. *A.* Nihil eſt tútius recto conſílio. *B.* Meminíſti probè, nam ſic præcéptor dictávit nobis: ſed vis nunquid áliud? *A.* Ut ſit benè tibi. *B.* Et óptimè tibi.

COLL. XXX.

A. QUIS liber iſte novus deauratus eſt quem tam magnificè oſtentas?

B. Terentius.

A. Ubi impreſſus fuit?

B. Lutetiæ.

A. Quis eum dedit tibi?

B. Pecuniâ meâ emi.

A. Unde pecuniam natus es?

B. Stultè iſtud quæris, quaſi furatus ſim.

A. Abſit a me iſtud cogitare; ſed animi causâ rogabam.

B. Nec ego dictum tuum ſeriò reprehendi; ſed eo modo cum familiaribus jocari ſolemus.

A. Nihil jocari prohibet, modò ne offendatur Deus. Sed agè, ad propoſitum revertamur; de quo Terentium iſtum emiſti?

B. De Clemente.

A. Illone bibliopolâ circumforaneo?

B. Maximè.

A. Quanti conſtitit?

B. Decem aſſibus.

A. Nihilne amplius?

B. Nihil omninò.

A. Profectò ſatis vile pretium eſt, præſertim cùm auratus ſit, et adeò eleganter compactus; erantne alii codices ſimiles?

B. Duo vel tres.

A. Quæſo, me ad eum deduc.

B. Eamus.

ORDO.

A. Quis novus deaurátus liber eſt iſte, quem oſténtas tam magníficè? *B.* Teréntius. *A.* Ubi fuit impréſſus? *B.* Lutétiæ. *A.* Quis dedit eum tibi? *B.* Emi meâ pecúniâ. *A.* Unde es nactus pecúniam? *B.* Quæris iſtud ſtultè quaſi ſim furátus. *A.* Abſit a me cogitáre iſtud; ſed rogábam causâ ánimi *recreándi*. *B.* Nec ego repreheéndi tuum dictum ſériò; ſed ſolémus jocári eo modo cum familiáribus. *A.* Nihil próhibet jocári, modo Deus ne offendátur. Sed agè, revertámur ad propóſitum; de quo emíſti iſtum Teréntium? *B.* De Cleménte. *A.* Illóne circumforáneo bibliopolâ? *B.* Máximè. *A.* Quanti *prétii* cónſtitit? *B.* Decem áſſibus. *A.* Nihilne ámplius? *B.* Nihil omninò? *A.* Profécto prétium eſt vile ſatis, præſertim cùm ſit aurátus, et adeò elegánter compáctus; erántne álii códices símiles? *B.* Duo vel tres. *A.* Quæſo, deduc me ad eum. *B.* Eámus.

COLL. XXXI.

A. NONNE hic liber tuus eſt?

B. Oſtende mihi.

A. Meum agnoſco: ubi inveniſti?

B. In ſcholâ.

A. Tibi gratias ago, quòd eum collegeris.

B. Atqui nunc notandus eſſes, ſi tecum ſummo jure agere vellem.

A. Quìd ita?

B. Noſtras leges ſcholaſticas neſcis?

A. Ipſæ leges jure regi cupiunt.

B. Quo jure reguntur leges noſtræ?

A. Æquitate, et præceptoris arbitrio, qui ea nobis privatim condidit. Prætereà non tam ſeverus eſſe ſolet in eo, quod oblivione vel negligentiâ peccatum eſt.

B. Ego ſæpiùs ſic expertus ſum; ſed quoquo modo peccaveris, cauſa coram obſervatore dicenda erit.

A. Non timeo cauſam dicere, ubi nihil periculi eſt.

B. Taceo.

A. Sed quæſo, quid opus eſt, ut id ſciat monitor, nam hìc Deus non offenſus eſt.

B. Agè, celabo.

A. Benè facies.

B. Sed heus! par pari referre memento.

ORDO.

A. Nonne eſt hic liber tuus? *B.* Oſténde mihi. *A.* Agnóſco *eum eſſe* meum: ubi inveníſti? *B.* In ſcholâ. *A.* Ago grátias tibi, quòd collégeris eum. *B.* Atqui nunc eſſes notándus, ſi vellem ágere tecum ſummo jure. *A.* Quìd ita? *B.* Neſcis noſtras ſcholáſticas leges? *B.* Leges ipſæ cúpiunt regi jure. *B.* Quo jure noſtræ leges regúntur? *A.* Æquitáte et arbítrio præceptóris, qui cóndidit eas nobis priváṫim. Prætéreà non ſolet eſſe tam ſevérus in eo, quod eſt peccátum oblivióne vel negligéntiâ. *B.* Ego ſum expértus ſic fæpiùs; ſed quoquo modo peccáveris, cauſa erit dicénda coram obſervatore. *A.* Non tímeo dícere cauſam, ubi eſt nihil periculi. *B.* Táceo. *A.* Sed, quæſo, quid opus eſt, ut mónitor ſciat id, nam hìc Deus non eſt offénſus. *B.* Agè, celábo. *A.* Fácies bene. *B.* Sed heus! meménto referre par pari.

COLL. XXXII.

A. QUANDO ſcholam repetes?

B. Neſcio.

A. Cur non patrem de eâ re admones?

B. Quid me curare putas?

A. Parùm admodùm, ut credo.

B. Satis eſt ſigni,, te literas non amare.

A. Legere, ſcribere et Latinè loqui mediocriter ſcio; quid mihi tantâ ſcientiâ opus eſt? plura ſcio quàm tres ſacerdotes papiſtici.

B. O miſerum adoleſcentem! ſiccine rem inæſtimabilem contemnis?

A. Unde miſer tibi videor?

B. Nullam tibi, amice, injuriam feci, nam quod tibi dixi non convitium eſt, ne tu malam in partem accipias; ſed miſereor tui, quòd id contemnas, quod felicitatem parit.

A. Lucrum, divitiæ et voluptas felicitatem pariunt.

B. Imò iſta multis fuerunt exitio, tametſi divitiæ Dei donum ſunt, nec nocent, niſi iis qui abutuntur. Verùm nulla poſſeſſio pretioſior eſt, quàm virtus, et rerum honeſtarum cognitio.

A. Vis igitur concionari, ut video.

B. Utinam divinas conciones diligenter audiviſſes.

A. Hem!

ORDO.

A. Quando répetes ſcholam? *B.* Néſcio. *A.* Cur non admónes patrem de eâ re? *B.* Quid putas me curáre? *A.* Admodùm parùm, ut credo. *B.* Eſt ſatis ſigni, te non amáre líteras. *A.* Scio légere, ſcríbere, et loqui Latínè mediócriter; quid opus eſt tantâ ſcientiâ mihi? Scio plura quàm tres papíſtici ſacerdótes. *B.* O míſerum adoleſcéntem! Síccine contémnis inæſtimábilem rem? *A.* Unde vídeor tibi miſer? *B.* Amíce, feci nullam injúriam tibi; nam quod dixi tibi non eſt convítium, ne tu accípias in malam partem; ſed miſéreor tui, quòd contémnas id, quod parit felicitátem. *A.* Lucrum, divítiæ et volúptas páriunt felicitátem. *B.* Imò iſta fuérunt exítio multis, tamétſi divítiæ ſunt donum Dei, nec nocent, niſi iis qui abutúntur. Verùm nulla poſſéſſio eſt pretióſior, quám virtus et cognítio honeſtárum rerum. *A.* Igitur vis concionári, ut vídeo. *B.* Utinam audivíſſes divínas conciónes diligénter.

A. Hem! me obtundis, nunquid vis?

B. Ut tibi bonam mentem det Deus.

A. Fortaſſe tibi quàm mihi eâ magis opus eſt.

B. Vale.

ORDO.

A. Hem! obtúndis me, nunquid vis? *B.* Ut Deus det bonam mentem tibi. *A.* Fortáſſe eſt magis opus eâ tibi quàm mihi. *B.* Vale.

COLL. XXXIII.

A. MIROR quid tibi velis: tu ſemper ferè otioſus es, aut garris aut ineptis.

B. Quid vis faciam?

A. Delígenter ſtude.

B. Cur me iſtud mones?

A. Pro meo in te amore, tuâque utilitate.

B. Fruſtrà mones.

A. Quìd ita?

B. Quia in literis animus non eſt.

A. Quid ergo velles?

B. Aliquam artem diſcere ingenio meo aptam.

A. Jamne cogitâſti quænam ars tibi potiſſimùm placeat?

B. Jampridem.

A. Cur non patrem admones?

B. Nunquam auſus ſum.

A. Cur non?

B. Vereor ut mihi iraſcatur.

A. Præceptorem roga ut illi dicat.

B. Imò te oro, meis verbis præceptori dic; nam verecundia me prohibet. Facies quod rogo?

A. Certè faciam, idque libentiſſime; nam valde me tædet te adeò remiſſum videre.

B. O

ORDO.

A. Miror quid velis tibi: tu ferè ſemper es otióſus aut garris aut ineptis. *B.* Quid vis *ut* fáciam? *A.* Stude diligéntèr. *B.* Cur mones me iſtud? *A.* Pro meo amóre in te, tuâque utilitáte. *B.* Mones fruſtrà. *A.* Quìd ita? *B.* Quia ánimus non eſt in líteris. *A.* Quid ergo velles? *B.* Díſcere áliquam artem aptam meo ingénio. *A.* Jamne cogitavíſte quænam ars potíſſimùm tibi placeat? *B.* Jampridem. *A.* Cur non admónes patrem? *B.* Nunquam ſum auſus. *A.* Cur non? *B.* Véreor ut iraſcátur mihi. *A.* Roga præceptórem ut dicat illi. *B.* Imò oro te, dic præceptóri meis verbis; nam verecúndia próhibet me. Facies quod rogo? *A.* Fáciam certè, idque libentíſſimè, nam tædet

B. O quàm gratum mihi eceris!

A. Sed præceptor te vo-abit.

B. Quid tum? Occaſio blata me audacem reddet d mentem meam liberè aperiendam.

A. Rectè judicas.

B. Tu igitur fac tui promiſſi memineris, deinde renuncia quid ille reſponderit.

A. Alioquin tibi nuncius inutilis eſſem.

ORDO.

et me valdè vidére te ádeò remíſſum. *B.* O quàm gratam éceris mihi! *A.* Sed præcéptor vocábit te. *B.* Quid tum? Occáſio oblàta reddet me audácem ad liberè meam men-em aperiéndam. *A.* Júdicas rectè. *B.* Igitur tu fac ut nemíneris tui promíſſi, deínde renúncia quid ille reſpón-erit. *A.* Alióquin eſſem inútilis núncius tibi.

COLL. XXXIV.

A. EUGE, ſororem tuam nupſiſſe audivi.

B. Verum audîſti.

A. Quis ejus maritus eſt?

B. Quidem Civis Lug-unenſis, honeſtis parenti-us progenitus.

A. Eſtne dives?

B. Sic habetur, ſed ta-en pater meus hæc longè luris facit: Primùm quòd enè moratus adoleſcens ſit; einde quòd non ſolùm doc-iſſimus ſit, ſed etiam litera-rum bonarum amantiſſimus; denique, quòd verus Dei cultor ſit, et ſummus religionis Chriſtianæ obſervator.

A. Egregios mihi titulos adoleſcentis narras. O ſororem felicem!

B. Sanè haud abs re felicem dixeris, ſiquidem bonum illud perpetuò ſic agnoſcat, ut ſemper memineri ex Dei bonitate profectum eſſe, atque ob id ei gratias immortales agat.

A. Illud

ORDO.

A. Euge, audívi tuam ſorórem nupsíſſe. *B.* Audiviſti verum. *A.* Quis eſt ejus marítus? *B.* Quidam Civis Lugdu-énſis, progénitus honéſtis paréntibus. *A.* Eſtne dives? *B.* Sic habétur, ſed tamen meus pater facit hæc longè pluris; primùm, quòd ſit benè morátus adoléſcens; deínde, quòd non ſolùm ſit doctíſſimus, ſed etiam amantíſſimus bonárum literárum; dénique, quod ſit verus cultor Dei, et ſummus obſervátor Chriſtiánæ religiónis. *A.* Narras mihi egrégios títulos adoleſcéntis. O felícem ſorórem! *B.* Sanè haud

A. Illud facturam credo.

B. Ita ſpero quidem, ſic enim a parentibus in doctrinâ Chriſtianâ inſtituta eſt.

A. Sed jam negotia domeſtica me aliò revocant, ergò vale.

B. Vale tu quoque, mento ſalutem plurimam tuis omnibus meis verbis dicere, præcipuè patri matrique, et ipſi novæ nuptæ, et dicito me illi fauſtem hoc conjugium gratulari.

A. Faciam, et quidem libentiſſimè.

ORDO.

abs re díxeris *eam* felícem, síquidem perpétuò ſic agnóſcat illud bonum, ut ſemper memínerit *illud* eſſe profectum ex bonitáte Dei, atque ob id agat immortáles grátias ei. *A.* Credo *eam* factúrum illud. *B.* Spero ita quidem, enim ſic eſt inſtitúta a paréntibus in Chriſtiána doctrínâ. *A.* Sed jam doméſtica negótia révocant me áliò, ergo vale. *B.* Tu vale quoque, meménto dícere plúrimam ſalútem ómnibus tuis meis verbis, præcípuè patri matríque, et novæ nuptæ ipſi, et dícito me gratulári hoc fauſtum conjúgium illi. *A.* Fáciam, et quidem libentíſſimè.

COLL. XXXV.

A. QUOT annos natus es?

B. Tredecim, ut a matre accepi. Quot annos natus es tu?

A. Non tot.

B. Quot igitur?

A. Duodecim.

B. Sed quotum annum agit frater?

A. Octavum.

B. Quid ais? Latinè loquitur.

A. Quid miraris? Semper domi habemus pædagogum, et doctum et diligentem, qui ſemper nos Latinè loqui docet, nihil Anglicum effert, niſi aliquid declarandi causâ, quinetiam non patrem niſi Latinè alloqui audemus.

B. Nun-

ORDO.

A. Quot annos es natus? *B.* Trédecim, ut accépi a matre. Quot annos es tu natus? *A.* Non tot. *B.* Quot ígitur? *A.* Duódecim. *B.* Sed quotum annum frater agit? *A.* Octávum. *B.* Quid ais? lóquitur Latínè? *A.* Quid miráris? Semper habémus pædagógum domi, et doctum et diligéntem, qui ſemper docet nos loqui Latinè, effert nihil Anglicum, niſi causâ declarándi áliquid; quinétiam non

B. Nunquam igitur Anglicè loquimini?

A. Cum matre ſolùm, idque quâdam horâ certâ, cum illa nos ad ſe vocari jubet.

B. Quid cum familiâ agitis?

A. Cum familiâ rarò loquimur, et quidem in tranſitu tantùm, et tamen famuli ipſi nos Latinè alloquuntur.

B. Quid ancillæ?

A. Si quando uſus poſtulat, ut eas alloquamur, ſermone Anglicano utimur, ut cum matre facere ſolemus.

B. O felices vos? qui tam diligenter docemini.

A. Eſt Deo gratia, cujus dono patrem habemus, qui tam accuratè nos erudiendos curat.

B. Certe laus et honor ejus rei patri unico cœleſti debetur.

A. Feſtinemus igitur.

ORDO.

non audémus álloqui patrem niſi Latínè. *B.* Igitur nunquam loquímini Anglicè? *A.* Solùm cum matre, idque quâdam certâ horâ, cum illa jubet nos vocári ad ſe. *B.* Quid ágitis cum famíliâ? *B.* Rarò lòquimur cum famíliâ, et quidem tantùm in tránſitu, et tamen fámuli ipſi alloquúntur nos Latínè. *B.* Quid ancíllæ? *A.* Si quandò uſus póſtu'at, ut alloquámur èas, útimur Anglicáno ſermóne, ut ſolémus facere cum matre. *B.* O felíces vos! qui docémini tam diligénter. *A.* Grátia eſt Deo, cujus dono habémus patrem, qui curat nos erudiéndos tam accuratè. *B.* Certè laus et honor ejus rei debétur cœléſti patri único. *A.* Igitur feſtinémus.

COLL XXXVI.

A. VENITNE pater ad mercatum?

B. Hodie me convenit, cùm e lecto ſurgerem.

A. Nihilne ab eo petiiſti?

B. Imò pecuniam.

A. Et tibi dedit?

B. In præſentia.

A. Quantum obſecro?

B. Viginti aſſes.

A. Papæ!

ORDO.

A. Patérne venit ad mercátum? *B.* Hódiè convénit me, cùm ſúrgerem e lecto. *A.* Petiviſtíne nihil ab eo? *B.* Imò *petívi* pecúniam. *A.* Et dedit tibi? *B.* In præſéntia. *A.* Quantum óbſecro? *B.* Vigínti aſſes. *A.* Papæ! Vigínti aſſes?

A. Papæ! Viginti aſſes? quî fit, ut tantum pecuniæ tibi audeat committere?

B. Quia me eſſe frugi diſpenſatorem novit, ſiquidem ſemper illi rationem reddo uſque ad teruncium.

A. Sed fortaſſè ægrè impetraviſti.

B. Imò facillimè, atque cum gratiâ.

A. O parentem mitem!

B. Certè mitiſſimum.

A. Sed ut ad rem redeamus, quid facies pecuniâ iſtâ?

B. Libros et alia mihi neceſſaria emam.

A. Poteſne mihi aliquid dare mutuo?

B. Poſſum, modò eges.

A. Niſi egerem, non peterem.

B. Quantum a me vis accipere?

A. Quinque aſſes.

B. Accipe.

A. O verum amicum!

B. Non eſt amicus verus, qui amicum in tempore non juvat, ſi unde juvet habet.

A. Amicus certus, ut in proverbio eſt, in re incertâ cernitur.

B. Quando mutuum reddes?

A. Ubi primùm in hanc urbem venerit pater.

B. Quando venturum ſperas?

A. In mercatu proximo, nempe ad diem octavum Octobris.

ORDO.

aſſes? qui fit ut aúdeat committere tantum pecúniæ tibi? *B.* Quia novit me eſſe frugi diſpenſatórem, ſiquidem ſemper reddo ratiónem illi uſquè ad terúncium. *A.* Sed fortáſſe impetraviſti ægrè. *B.* Imò facíllimè, atque cum grátiâ. *A.* O mítem paréntem! *B.* Certè mitíſſimum. *A.* Sed ut redeámus ad rem, quid fácies iſtâ pecúniâ. *B.* Emam libros et ália neceſsária mihi? *A.* potéſne dare áliquid míhi mútuo? *B.* Poſſum, modò eges. *A.* Niſi égerem, non péterem. *B.* Quantum vis accípere a me? *A.* Quínque aſſes. *B.* Accipe *eas*, *A.* O verum amícum! *B.* Non eſt verus amícus, qui non juvat amícum in témpore, ſi habet unde juvet. *A.* Certus amícus cérnitur in incértâ re, ut eſt in provérbio. *B.* Quando reddes mútuum? *A.* Ubi primùm pater vénerit in hanc urbem. *B.* Quando ſperas *eum* ventúrum? *A.* In próximo mercátu, nempe ad octávum diem Octóbris.

COLL. XXXVII.

A. NESCIS vetitum esse inter nos submisse loqui;

B. Quid ni scirem, cum ejus rei causas nobis tam sæpe præceptor inculcet!

A. Cur igitur contrà faciebas modò?

B. Quia Isaacus me alloqui cœperat.

A. Quid tum? illum admonere, non imitari debuisti.

B. Debui, sed tunc mihi in mentem non venit.

A. Sed interim notandus es.

B. Minimè verò, nisi vis ipso præceptore esse severior.

A. Dic mihi causam.

B. Quia præceptor quempiam otari vetat, qui sponte delictum agnoverit, modò ne tale factum sit, quod verbo dei interdictum sit.

A. Nonne a Deo præceptum est, ut parentibus obediamus?

B. Illud est quintum Decalogi præceptum.

A. Atqui, ut in Chatechismo habemus, istud præceptum latiùs pater; nam sub parentum nomine præceptores complectitur, magistratus, et omnes denique, quibus nos subjecit Deus.

B. Equidem non nego, quæ narras, esse vera, sed præceptorem consulere malo, quàm tecum disputare; alioquin majus in malum me induceres, quod contentionis vitium est, multo magis a præceptore vetitum.

A. Æquum dicis, memineris igitur præceptorem admonere. *B.* Ne

ORDO.

A Nescis esse vetitum loqui submissè inter nos? *B.* Quidni scirem, cùm tam sæpe præceptor inculcet causas ejus rei! *A.* Cur igitur modò faciebas contra? *B.* Quia Isaacus cœperat alloqui me. *A.* Quid tum? debuisti admonere illum, non imitari *illum*. *B.* Debui, sed tunc non venit mihi in mentem. *A.* Sed interim es notandus. *B.* Minimè verò, nisi vis esse severior præceptore ipso. *A.* Dic causam mihi. *B.* Quia præceptor vetat quempiam notari, qui agnoverit delictum sponte, modò tale ne sit factum, quod sit interdictum verbo Dei. *A.* Nonne est præceptum a Deo, ut obediamus parentibus? *B.* Illud est quintum præceptum Decalogi. *A.* Atqui, ut habemus in Catechismo, istud præceptum patet latiùs: nam sub nomine parentum complectitur præceptores, magistratus, et denique omnes, quibus Deus subjecit nos. *B.* Equidem non nego

ea,

B. Ne me obliturum putes, præſertim cùm res agatur mea.

ORDO.

ea, quæ narras; eſſe vera, ſed malo consúlere præceptórem, quám diſputáre tecum; alióquin indúceres me in majus malum, quod eſt vítium contentiónis, multo magis vetitum a præceptóre. *A.* Dicis æquum, memíneris ígitur admonére præceptórem: *B.* Ne putes me oblitúrum, præſértim cùm mea res agátur.

COLL. XXXVIII.

A. HEUS puer!

B. Hem! præceptor, quid vis?

A. Pone libros, ſatis toto die ſtuduiſti; para te, ut eamus ambulatum.

B. Nonne præſtaret a cœnâ?

A. Corporis exercitatio ante cibum eſt ſalubrior. Dictum Socratis in eam ſententiam narra.

B. Dùm Socrates ad veſperum uſque contentiùs ambularet, interrogatus quare id faceret, reſpondit, ſe ambulando famem obſonare, quò melius cœnaret.

A. Probè meminiſti, quis eſt auctor?

B. Cicero: ſed quò prodibimus, præceptor?

A. Extra urbem.

B. Mutabone calceos?

A. Muta, ne iſtos novos pulvere conſpergas; ſume étiam umbellam, ne ardor ſolis tibi faciem infuſcet.

B. Jam paratus adſum.

A. Nunc ſanè prodeamus.

B. Com-

ORDO.

A. Heus puer! *B.* Hem! præcéptor, quid vis! *A.* Pone libros, ſtuduíſti ſatis toto die: para te, ut eámus ambulátum. *B.* Nonne præſtáret a cœna? *A.* Exercitátio córporis eſt ſalúbrior ante cibum. Narra dictum Sócratis in eam ſenténtiam. *B.* Cum Sócrates ambuláret conténtiùs uſque ad véſperum, interrogátus quare fáceret id, reſpóndit, ſe obſonáre famem ambulándo, quò cœnáret méliùs. *A.* Meminíſti probè, quis eſt auctor? *B.* Cícero; ſed quò prodíbimus, præcéptor? *A.* Extra urbem. *B.* Mutabóne cálceos? *A* Muta, ne conſpérgas iſtos novos púlvere; ſume umbéllam étiam, ne ardor ſolis infúſcet fáciem tibi. *B.* Jam adſum parátus. *A.* Nunc ſanè prodeámus.

B. Comitemne unum aut lterum vocabo ex vicinia?

A. Rectè admones, ſic nim jucundior erit deambulatio; nam ſermones inter os per viam conferetis et alicubi ſub umbrâ colludetis.

B. Sic etiam cibi appentia excitabitur.

A. Ego lento gradu procedam; ubi comites náctus eris, vos me per portam ripariam ſequimini.

B. Nos igitur illic expectabis?

A. Certò.

B. Quid ſi nullos comites invenero?

A. Nihilominus ſequere me, audiſtine?

B. Audivi præceptor.

ORDO.

eámus. *B.* Vocabóne unum aut álterum cómitem ex viniâ? *A.* Admónes rectè, enim ſic deambulátio erit jucúndior; nam conferétis ſermónes inter vos per viam, et olludétis alicúbi ſub umbrâ. *B.* Sic étiam appeténtia cibi xcitábitur. *A.* Ego procédam lento gradu; ubi eris nacus cómites, vos ſequímini me per ripáriam portam. *B.* xpectábis nos illic ígitur? *A.* Certò. *B.* Quid ſi invéero nullos cómites? *A.* Nihilóminus ſéquere me, audiſtíne? *B.* Audívi præcéptor.

COLL. XXXIX.

CUR hodié manè abfuiſti?

B. Occupatus eram.

A. In quo negotio?

B. In literis ſcribendis matrem.

A. Quid illi ſcribere opus rat?

B. Quia ad me ſcripſerat.

A. Reſcripſiſti ergo.

B. Propriè loqueris.

A. Unde tibi literas miſit?

B. Rure, nempe ex villâ noſtrâ.

A. Quando rus profecta eſt?

B. Hebdomade ſuperiore.

A Quid ruri agit?

B. Curat

ORDO.

A. Cur abfuíſti hódie manè? *B.* Eram occupátus. *A.* n quo negótio? *B* In ſcribéndis líteris ad matrem. *A.* uid opus erat ſcribere illi? *B.* Quia ſcripſerat ad me. . Ergo reſcripſíſti. *B.* Lóqueris própriè. *A.* Unde miſit teras tibi? *B.* Rure, nempe ex noſtrâ villâ. *A.* Quando t profecta rus? *B.* Superióre hebdómade. *A.* Quid agit ruri?

B. Curat noſtra negotia ruſtica.

A. Quid potiſſimùm?

B. Ea præparat, quæ ad vindemiam proximam ſunt opus.

A. Prudenter agit.

B. Quomodò iſtud probabis?

A. Nam omnibus in rebus adhibenda eſt præparatio diligens.

B. Quis te iſtud docuit?

A. Pædagogus quidem e Cicerone dictitavit.

B. Quâ occaſione?

A. Cùm me admoneret, ut diligenter me pararem ad penſum reddendum poſtero die.

B. Profectò rectè admonebat.

A. Sec ad propoſitum revertamur; non villicum habetis ad veſtra negotia ruſtica curanda?

B. Imò et villicum, et famulos et ancillas habemus.

A Quid igitur tuæ matris operâ opus eſt?

B. Quòd meliùs rebus omnibus providere novit, quàm iſti ruricolæ imperiti.

A. Nihilne amplius?

B. Sine me propoſitum finire.

A. Putabam te abſolviſſe.

B. Etiam, ut ex patre audivi, præcipua Domini cura in re familiari adminiſtrandâ requiritur.

A. Ergo pater tuus potius ad villam deberet eſſe.

B. Non poteſt.

A. Quid prohibet?

B. Quia

ORDO.

ruri? *B.* Curat noſtra rúſtica negotia. *A.* Quid potíſſimùm? *B.* Præpárat ea, quæ ſunt opus ad próximam vindémiam. *A.* Agit prudénter. *B.* Quómodò probábis iſtud? *A.* Nam díligens præparatio eſt adhibénda in ómnibus rebus. *B.* Quis dócuit te iſtud? *A.* Quidam pædagógus dictitávit e Ciceróne. *B.* Quiâ occáſione? *B.* Cùm admonéret me, ut parárem me diligénter ad reddéndum penſum póſtero die. *B.* Profécto admonébat rectè. *A.* Sed revertámur ad propóſitum; non habétis víllicum, ad curánda veſtra rúſtica negótia? *B.* Imò habémus et víllicum, et fámulos, et ancillas. *A.* Igitur quid opus eſt óperâ tuæ matris. *B.* Quòd novit méliùs providére ómnibus rebus, quàm iſti imperíti rurícolæ. *A.* Nihilne ámplius? *B.* Sine me finíre propóſitum. *A.* Putábam te abſolvíſſe. *B.* Etiam ut audívi ex patre, præcípua cura Dómini requiritur in adminiſtrándâ familiári re *A.* Ergo tuus pater debéret eſſe pótiùs ad villam. *B.* Non poteſt. *A.* Quid próhibet?

B. Quia

B. Quia totus in arte suâ occupatus est.

A. Majorem, ut opinor, ex eâ re fructum capit.

B. Quis dubitat?

A. Inde fit, ut domesticæ rei curam uxori relinquat.

B. Omnino sic est.

A. Sed quando mater revertetur?

B. Vix ante perfectam vindemiam.

A. Nonne tu vindemiatum ibis?

B. Brevi, ut spero, a matre accersar.

A. Sed quæso te, quid cogitamus?

B. Jam omnes in Scholam currunt.

A. Bene res est, curramus et nos, ne postremi simus.

ORDO.

Quia est totus occupátus in suâ arte. *A.* Capit majórem fructum ex eâ re, ut opínor. *B.* Quis dúbitat? *A.* Inde est, ut relínquat curam doméstice rei uxóri. *B.* Est omnino sic. *A.* Sed quando mater revertétur? *B.* Vix ante vindémiam perféctam. *A* Nonne tu ibis vindemiátum? *B.* Accérsar a matre brevi *témpore*, ut spero. *A.* Sed quæso te, quid cogitámus? *B.* Jam omnes currunt in Scholam. *A.* Res est benè, et nos currámus, ne simus postrémi.

COLL. XL.

A. ATAT! ecce nunc estis capti, non fatemini?

B. Certè ingenuè fatemur, sed non verba mala dicebamus; quæso te, mi condiscipule, noli nos notare.

A. Quid garriebatis? Nescio quid de jentaculo audivi.

B. Illud est, de jentaculo loquebamur; quia famulus nobis in tempore non dedit.

A. Id fuisse puto, nec certè malum valdè magnum est, nisi quod verba otiosa sunt.

B. Sed Latinè loquebamur.

A. Audivi, sed fabulandi

ORDO.

A. Atat! ecce nunc estis capti, non fatémini? *B.* Certè fatémur ingénuè, sed non dicebámus mala verba: quæso te, mi condiscípule, noli notáre nos. *A.* Quid garriebátis? Audívi néscio quid de jentáculo. *B.* Illud est, loquebámur de jentáculo; quia fámulus non dedit nobis in témpore. *A.* Puto id fuísse, nec certè est valdè magnum malum, nisi quòd sunt otiósa verba. *B.* Sed loquebámur Latínè. *A.* Audívi, sed non erat tempus fabulándi; nam,

di tempus non erat; nam, ut ſcitis, hoc temporis puſillum a merendâ debet vobis valdè pretioſum eſſe, quùm ſtudio dicatum ſit; ſcilicet, ut quiſque ſe præparet ad ea præceptoribus reddenda quæ præſcripſerint. Nonne verum dico?

B. Certè verum dicis, debuiſſemus ſimul de teſtemento legere, quæ mox reddere oportebit; ſed ignoſces quæſo, ſuaviſſime condiſcipule, poſthac prudentiores erimus, et officium noſtrum diligentiùs faciemus.

A. Si ſic feceritis præceptor vos amabit; nonne videtis quemadmodùm pueros bonos et ſtudioſos diligat? Nec diligit ſolùm, ſed laudat, et remuneratur.

B. Iſta ſcimus, et quotidie experimur.

A. Mementote ergo, et facite.

B. Hanc igitur culpam tacebis?

A. Tacebo, ſed eâ lege, ut recidere caveatis.

B. Cavebimus, favente Chriſto.

ORDO.

ut ſcitis, hoc puſíllum témporis a meréndâ debet eſſe valdè pretióſum vobis, quum ſit dicátum ſtúdio; ſcílicet, ut quisque præpáret ſe ad reddénda ea præceptóribus quæ præſcripſerint. Nonne dico verum? *B.* Certè dicis verum, debuiſsémus légere ſimul de teſtaménto, quæ oportébit réddere mox; ſed ignóſce, quæſo, ſuaviſſime condiſcipule, érimus prudentióres poſthac, et faciémus noſtrum officium diligéntiùs. *A.* Si fecéritis ſic, præcéptor amábit vos; nonne vidétis quemádmodùm díligat bonos et ſtudióſos púeros? nec díligit ſolùm, ſed laudat, et remunerátur. *B.* Scimus iſta, et quotídie expérimur. *A.* Mementóte, ergo, et fácite promíſſa. *B.* Igitur tacébis hanc culpam? *A.* Tacébo, ſed eâ lege, ut caveátis recídere. *B.* Cavébimus, Chriſto favénte.

COLL. XLI.

A. QUID mater tibi dedit in merendam?

B. Vide.

A. Eſt caro, ſed quænam?

B. Bubula.

ORDO.

A. Quid mater dedit tibi in meréndam? *B.* Vide. *A.* Eſt caro, ſed quænam?

B. Búbula.

B. Bubula,

A. Utrùm recens eſt an
lita?

B. Eſt bubula ſalita.

A. Utrùm pinguis eſt an
acra?

B. Eho! inepte, nonne
acram eſſe vides?

A. Annon malles vituli-
am aut vervecinam eſſe?

B. Utraque bona eſt, ſed
æ cæteris hædina mihi
acet, præſertim aſſa.

A. Hem! delicatule, ha-
ſne palatum tam doctum?

B. Dico ut ſentio, non
im mentiendum eſt.

A. Abſint mendacia a no-
s, nam Dei filii ſumus, et
hriſti fratres, qui ipſa ve-
tas eſt, ut ipſe de ſe lo-
ens teſtatur.

B. Sed ad rem, ſuillam amo ſale modico aſperſam, et benè coctam.

A. O mirificam Dei gratiam! qui nobis tot opſoniorum genera, et tam bona dat.

B. Quot hâc in urbe pauperes eſſe putas, qui pane ſolo hordeaceo, neque tamen ad ſaturitatem, victitant.

A. Non dubito multos eſſe, præſertim in tantâ annonæ caritate.

B. Quantas itaque Deo gratias agere debemus in tantâ rerum bonarum copia!

A Ejus igitur beneficia magnificè prædicemus, atque interim precemur, ut pauperum

ORDO.

B. Bûbula. *A.* Utrùm eſt recens an ſalíta? *B.* Salíta
bûbula. *A.* Utrùm eſt pinguis an macra? *B.* Eho!
épte, nonne vides *eam* eſſe macram? *A.* Annon malles
m eſſe vitulínam aut vervecínam? *B.* Utráque eſt bona,
d hædína placet mihi præ cæteris, præſértim aſſa. *A.*
em! delicátule, habéſne tam doctùm palátum? *B.* Dico
ſéntio, enim non eſt mentiéndum. *A.* Mendácia abſint
nobis, nam ſumus filii Dei, et fratres Chriſti, qui eſt vé-
tas ipſa, ut ipſe loquens de ſe teſtátur. *B.* Sed ad rem,
no fuíllam aſpérſam módico ſale, et benè coctam. *A.* O
iríficam grátiam Dei! qui dat nobis tot génera opſonió-
m, et tam bona. *B.* Quot paúperes putas eſſe in hâc
be, qui víctitant hordeáceo pane ſolo, neque tamen ad
turitátem. *A.* Non dúbito eſſe multos, præſértim in
ntâ cantâte annónæ. *B.* Itaque quantas grátias debé-
us agere Deo in tantâ copiâ bonárum rerum! *A.* Igitur
rædicémus ejus beneficia magnificè, atque interim pre-

pauperum ſuórum inopiæ miſereatur.

B. Utinam ipſe corda noſtra ſuo ſpiritu ad eam rem penitus afficiat.

ORDO.

eémur, ut miſereátur inópiæ ſuórum pauperum. *B.* Utinam ipſe afficiat noſtra corda ſuo ſpíritu pénitus ad eam rem.

COLL. XLII.

A. QUID rides?

B. Neſcio.

A. Neſcis? magnum ſtultitiæ ſignum eſt.

B. Me igitur ſtultum vocas?

B. Minimè verò, ſed dico tibi ſtultitiæ argumentum eſſe, cùm quis ridet, et ridendi cauſam neſcit.

B. Quid eſt ſtultitia?

A. Si diligenter Catonem evolvas, iſtud quod quæris invenies.

A. Nunc Catonem meum non habeo, et volo rem aliam agere.

A. Quod negotium habes?

B. Habeo aliquid de rudimentis ediſcendum.

A. Interim quæris fabulari, eneptule?

B. Dic mihi, quæſo, de ſtultitiâ in Catone.

A. Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt; annon hoc didiciſti?

B. Imò, ſed non recordabar.

A. Cùm eris domi librum tuum inſpice.

B. O quantas ago tibi gratias!

ORDO.

A. Quid rides? *B.* Néſcio. *A.* Neſcis? eſt magnum ſignum ſtultítiæ. *B.* Vocas me ſtultum ígitur? *A.* Minimè verò, ſed dico tibi eſſe arguméntum ſtultítiæ, cùm quis ridet, et neſcit cauſam ridéndi. *B.* Quid eſt ſtultítia? *A.* Si evólvas Catónem diligénter, invénies iſtud quod quæris. *B.* Nunc non hábeo meum Catónem, et volo ágere álium rem. *A.* Quod negótium habes? *B.* Hábeo áliquid ediſcéndum de rudiméntis. *A.* Interim quæris fabulári, inéptule? *B.* Dic mihi, quæſo, de ſtultítiâ in Catóne. *A. Eſt ſumma prudéntii ſimuláre ſtultítiam loco*; annon didiciſti hoc? *B.* Imò, ſed non recordábar. *A.* Cùm éris domi ínſpice tuum librum. *B.* O quantas grátias ago tibi! ego propónam iſtam quæſtiónem álicui, qui non póterit reſpondére

tias! ego alicui quæſtionem iſtam proponam, qui mihi reſpondere non poterit, et ſic victus erit.

A. Tace, puer, tace, et ſtudeto ne vapules.

B. Non multùm curo, ego ferè prælectionem teneo.

A. Niſi taceas, obſervatori dicam, qui ſtatim te notabit.

B. Mane, mane, nihil ampliùs dicam.

A. Sed memento id quod tibi dixi.

B. Quidnam eſt?

A. Ne unquam ſine causâ rideas.

B. Sed ridere non eſt malum.

A. Iſtud non dico.

B. Quid igitur?

A. Stultum eſt ſine causâ ridere.

B. Nunc intelligo.

A. Sæpe recordare.

ORDO.

reſpondére mihi, et ſic erit victus. *A.* Tace, puer, tace, et ſtudéto ne vápules. *B.* Non curo multùm, ego téneo prælectiónem ferè. *A.* Niſi táceas, dicam obſervatóri, qui ſtatim notábit te. *B.* Mane, mane, dicam nihil ámplius. *A.* Sed meménto id quod dixi tibi. *B.* Quidnam eſt? *A.* Unquam ne rídeas ſine causâ. *B.* Sed non eſt malum ridére. *A.* Non dico iſtud. *B.* Quid ígitur? *A.* Eſt ſtultum ridére ſine causâ. *B.* Nunc intelligo. *A.* Recordáre ſæpe.

COLL. XLIII.

A. SERIONE ſcribis an ineptis?

B. Scribo equidem ſeriò, cur enim meo tempore abuterer? ſed cur iſtud rogas?

A. Quia vidi aliquando, cùm meliùs ſcriberes.

B. Interdum meliùs ſcribo.

A. Qui igitur ſit, ut nunc tam malè ſcribis?

B. Deſunt mihi bene ſcribendi adjumenta.

A. Quænam?

B. Charta bona, atramentum bonum, et penna bona; nam miſerè perfluit

ORDO.

A. Scribíſne ſériò an ineptis? *B.* Equidem ſcribo ſériò, enim cur abúterer meo témpore? ſed cur rogas iſtud? *A.* Quia aliquándo vidi, cùm ſcríberes meliùs. *B.* Interdum ſcribo meliùs. *A.* Qui ſit ígitur, ut nunc ſcríbis tam malè? *B.* Adjuménta ſcribéndi benè deſunt mihi *A.* Quænam? *B.* Bona charta, bonum atraméntum, et bona penna; nam hæc charta pérfluit míſerè, ut vides; atraméntum

hæc charta, ut vides; atramentum aquoſum et ſubalbidum eſt, penna mollis et malè parata.

A. Cur non iſta omnia maturè providiſti?

B. Mihi defuit pecunia, et etiam nunc deeſt.

A. In proverbium iſtud vulgate incidiſti, Cui deeſt pecuniâ, illi deſunt omnia.

B. Sic mecum agitur.

A. Sed quando te acceptorum ſperas?

B. Pater meus ad me mittet, aut ipſe in mercatu proximo veniet.

A. Ego te interea juvare volo.

B. Siquidem id potes, magno me beneficio affeceris

A. Hos ſex aſſes accipe, ad chartam emendam et alia neceſſaria.

B. Quàm verè dictum eſt illud, Amicus certus in re incertâ cernitur; Sed quid te impellit, ut ultrò mihi tam benignè facias?

A. Illa Dei charitas, quæ, ut ait Paulus, noſtris in cordibus effuſa eſt.

B. Spiritûs Divini vis mira eſt, qui auctor eſt ejus charitatis: ſed interim mihi cogitandum eſt, quomodò tibi gratiam referam.

A. Parva res eſt, iſtam cogitationem omitte, mutuum tantùm redde, quum tibi erit commodum.

B. Propediem, ut ſpero, reddam.

A. Ad

ORDO.

eſt aquóſum et ſubálbidum, penna mollis et malè paráta. *A.* Cur non providíſti ómnia iſta matúrè? *B.* Pecúnia défuit mihi, étiam et nunc deeſt. *A.* Incidíſti in iſtud vulgáre provérbium, Cui pecúnia deeſt, ómnia deſunt illi. *B.* Sic ágitur mecum. *A.* Sed quando ſperas te acceptúrum? *B.* Meus pater mittet ad me, aut ipſe véniet in próximo mercátu. *A.* Intérea ego volo juváre te. *B.* Síquidem potes id, affíceris me magno beneficio. *A.* Accipe hos ſex aſſes, ad eméndam chartam et ália neceſsária. *B.* Quàm verè illud eſt dictum, certus amícus cérnitur in incértâ re: Sed quid impéllit te, ut ultrò fácias tam benígnè mihi? *A.* Illa charitas Dei, quæ, ut Paulus ait, eſt effúſa in noſtris córdibus. *B.* Mira eſt vis Divíni Spíritûs, qui eſt auctor ejus charitátis: ſed ínterim eſt cogitándum mihi, quómodò réferam grátiam tibi. *A.* Eſt parva res, omítte iſtam cogitatiónem, tantùm redde mútuum, quum erit cómmodum tibi. *B.* Reddam propédiem, ut ſpero. *A.* Eámus

A. Ad precationem eamus, ne notemur.

B. Adde, si placet, unum.

A. Quid est.

B. Ne hodie incœnati cubitum mittamur.

A. Ha, ha, he.

ORDO.

mus ad precatiónem, ne notémur. *B.* Adde unum, si placet. *A.* Quid est? *B.* Ne hodie mittámur cúbitum incœnáti. *A.* Ha, ha, he.

COLL. XLIV.

A. QUOTA horâ hodie surrexísti?

B. Paulò ante quintam.

A. Quis te expergefecit?

B. Nemo.

A. An surrexerunt cæteri?

B. Nondum.

A. Non iviſti illos excitatum?

B. Non ivi.

A. Quamobrem?

B. Neſcio, niſi quia non putabam illud ad me pertinere.

A. Annon illi interdum te excitant?

B. Imò ſæpiſſimè.

A. Debuiſti igitur ſimile facere.

B. Debui, fateor.

A. Memento igitur ut poſthàc facias.

B. Meminero, Deo juvante.

A. Sed quid feciſti, ex quo e lecto ſurrexiſti?

B. Primùm precatus ſum Patrem Cœleſtem, genibus flexis, in nomine filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti.

A. Benè factum; quid poſtea?

B. Deínde me ornavi, et corpus meum mediocriter curavi, ut Chriſtianum decet; poſtremò ad ſtudia quotidiana me contuli.

A. Si

ORDO.

A. Quotâ horá ſurrexísti hódiè? *B.* Paulò ante quintam. *A.* Quis expergefécit te? *B.* Nemo. *A.* An cæteri ſurrexérunt? *B.* Nondum. *A.* Non ivísti excitátum illos? *B.* Non ivi. *A.* Quamobrem? *B.* Néſcio, niſi quia non putábam illud pertinére ad me. *A.* Annon illi éxcitant te intérdum? *B.* Imò ſæpiſſimè. *A.* Debuísti ígitur fácere símile. *B.* Débui, fáteor. *A.* Sed quid feciſti ex quo *témpore* ſurrexísti e lecto. *B.* Primùm ſum precátus cœléſtem patrem, génibus flexis, in nómine ejus fílii noſtri Dómini Jeſu Chriſti. *A.* Benè factum; quid póſtea? *B.* Deínde ornávi me, et curávi meum corpus mediócriter, ut decet Chriſtiánum; poſtrémo

A. Si ſic facere pergas, ne dubites quin Deus ſtudia tua adjuvet.

B. Semper adhuc pro ſuâ benignitate me juvit, nec, ut ſpero, me derelinquet.

A. Rectè loqueris, ſpem tuam non fruſtrabit.

B. Anno ſuperiore in Catone didici, *Spem retine, Spes una hominem nec morte relinquit.*

A. Benè feciſti quòd retinueris: egregia enim eſt ſententia, et Chriſtiano digna.

B. Atqui ejus libri autor non fuit Chriſtianus.

A. Non fuit, res certa eſt.

B. Unde igitur tot ſententias egregias ſumpſit?

A. Ex philoſophis Ethnicis maximè; nam et ipſi Divino Spiritu illuminati plurima dixerunt, quæ verbo Dei ſunt conſentanea, quod tu quoque aliquando videre potes, ſi Literarum Studium proſequare.

B. Ego proſequar, ut ſpero, dummodò Deus patri longiorem vitam det.

A. Diligenter precare, et ex animo, ut illud contingat.

B. Id quotidie ſæpè precor.

A. Det Dominus Deus tibi perſeverantiam in omni opere bono.

B. Idem tibi precor, quod optas mihi, et gratias ago, quòd me tam fraternè monueris.

ORDO.

poſtrémo cóntuli me ad quotidiána ſtúdia. *A.* Si pergas fácere fic, ne dúbitas, quin Deus ádjuvet tua ſtúdia. *B.* Semper adhuc juvit me pro ſuâ benignitáte, nec derelínquet me, ut ſpero. *A.* Lóqueris rectè, non fruſtrábit tuam ſpem. *B.* Superióre anno dídici in Catóne, *rétine ſpem, ſpes una nec relínquit hóminem morte.* *A.* Feciſti benè, quod retinúeris; enim eſt egrégia ſenténtia, et digna Chriſtiáno. *B.* Atquí autor ejus libri non fuit Chriſtiánus. *A.* Non fuit, res eſt certa. *B.* Unde ígitur ſumpſit tot egrégias ſenténtias? *A.* Ethnicis philóſophis máximè; nam et ipſi illumináti Divíno Spíritu dixérunt plúrima, quæ ſunt conſentánea verbo Dei, quod tu quoque potes vidére aliquándo, ſi proſequáre Stúdium Literárum. *B.* Ego próſequar, ut ſpero, dúmmodò Deus det longiórem vitam patri. *A.* Precáre diligénter, et ex ánimo, ut illud contíngat *B.* Precor id ſæpe quotídie. *A.* Dóminus Deus det perſeverántiam tibi in omni bono ópere. *B.* Precor idem tibi, quod optas míhi, et ago grátias, quòd monúeris me tam fratérnè,

COLL. XLV.

A. SALVE condiſcipule.

B. Tu quoque ſis ſalvus.

A. Quota hora eſt?

B. Mox quintam audies.

A. Benè habet, maturè ſatis aderimus.

B. Me tibi occurriſſe gaudeo, ut euntes tantiſper Latinè colloquamur.

A. Sanè ea utilis et jucunda exercitatio eſt.

B. Quoties in aliquem ex nebulonibus iſtis diſſolutis incido, mallem Rhedarium offendiſſe, non enim per eos aliquid in viâ mihi cogitare licet.

A. Nil mirum, nam ejuſmodi fere ſunt ut neque quidpiam boni loqui velint, neque audire ſuſtineant.

B. Quid cum illis agas, qui nihil curant, niſi ut ſuas libidines expleant?

A. Nihil aliud crepant, niſi ſuas cupedias et compotationes in cauponulis privatis.

B. Nos etiam plenis buccis irrident quod per vicos Latinè loquamur; ſed illud omnium eſt peſſimum, quòd nunquam ſe admonere patiuntur.

A. Quia ſcilicet, ut ait propheta, timor Dei ante oculos eorum non eſt.

B. Si quid amicè commonere occeperis, ſtatim audies, tace concionator, obtundis me; quòd ſi dixeris, te ad præceptorem aut ad obſervatorem

ORDO.

A. Salve condiſcípule. *B.* Tu ſis ſalvus quoque. *A.* Quota hora eſt? *B.* Mox aúdies quintam. *A.* Habet benè, adérimus matúre ſatis. *B.* Gaúdeo me occurríſſe tibi, ut eúntes colloquámur Latínè tantíſper. *A.* Sanè ea eſt útilis et jucúnda exercitátio. *B.* Quótiès íncido in áliquem ex iſtis diſſolútis nebulónibus, mallem offendíſſe Rhedárium, enim non licet mihi cogitáre áliquid in viâ per eos *A.* Nil mirum, nam ferè ſunt ejúſmodi, ut neque velint loqui quídpiam boni, neque ſuſtíneant audire. *B.* Quid agas cum illis, qui curant nihil, niſi ut éxpleant ſuas libídines? *A.* Crepant nihil áliud, niſi ſuas cupédias et compotatiónes in privátis caupónulis. *B.* Irrídent nos étiam plenis buccis, quòd loquámur Latínè per vicos; ſed illud eſt péſſimum ómnium, quòd nunquam patiúntur ſe admonéri. *A.* Scílicet quia, ut prophéta ait, timor Dei non eſt ante óculos eórum. *B.* Si occéperis commonére quid amícè, ſtatim aúdies, concionátor tace, obtúndis me; quòd ſi díxeris, déferam te ad præceptórem, aut obſervatórem; oh! inquiunt,

vatorem deferam; oh! egone curo? inquiunt; tu non audes, nam si me accusares, non impunè ferres.

A. Imò continuò te verberabunt, si locus ab arbitris sit remotus.

B. Profectò cùm eorum quidam me nuper in recessu quodam offendisset, duos mihi impegit ingentes colaphos in utramque malum, et continuò aufugit.

A. Quid interea faciebas tu, quæso?

B. Quid quæris? istud adeò subitum fuit, ut vix hominem aspicere potuerim.

A. Sed qui tam citò et sensim ad Scholam pervenimus?

B. Sic ferè confabulantibus evenire solet.

A. Agè, sine murmure et strepitu ingrediamur, ne studentes offendamus.

ORDO.

quiunt, egóne curo? tu non audes, nam si accusáres me, non ferres impúnè. *A.* Imò contínuò verberábnnt te, si sit locus remótus ab árbitris. *B.* Profécto cùm quidam eórùm nuper offendísset me in quodam recéssu, impégit duos ingéntes colóphos mihi in utrámque malam, et contínuò aúfugit. *A.* Quid tu faciébas interéa, quæso? *B.* Quid quæris? istud fuit adeò súbitum, ut vix potúerim aspícere hóminem. *A.* Sed qui pervénimus ad Schólam tam citò et sensim? *B.* Sic ferè solet evenire confabulántibus. *A.* Agè, ingrediámur sine múrmure et strépitu, ne offendámus studéntes.

COLL. XLVI.

A. QUID ais de scalpello, quod tibi nudiustertiùs emi, estne bonum?

B. Imò verò optimum est, sed me miserum, perdidi.

A. Eho! quid ais, quomodo accidit?

B. Cùm foris redirem, mihi in vico excidit.

A. Unde excidit?

B. E thecâ meâ, quam imprudenter apertam reliqui.

A. Quomodò recuperâsti?

B. Char-

ORDO.

A. Quid ais de scalpéllo, quod emi tibi nudiustértiùs, estne bonum? *B.* Imò verò est óptimum, sed míserum me! pérdidi. *A.* Eho! quid ais, quómodò áccidit? *B.* Cúm redírem foris, éxcidit mihi in vico. *A.* Unde éxcidit? *B.* E meá thecâ quam relíqui imprudénter apértum. *A.* Quomodò recuperavísti? *B.* Affixi chártulam jánuæ statim, post

B. Chartulam ſtatim januæ affixi, poſt prandium puer quidam ſextæ claſſis id mihi retulit.

A. Utinam omnes tam fideles eſſent, qui res amiſſas reperiunt.

B. Profectò pauci ſunt, qui reſtituunt ſi res alicujus pretii ſit.

A. Et tamen id nominatim verbo Dei præcipitur.

B. Quidni? nam ſpecies furti eſt, ſi quis rem alienam inventam retineat, modò ſciat cui reddenda ſit.

A. At plerique putant ſe jure poſſidere, quicquid amiſſum invenerint.

B. Illi quidem graviſſimè errant.

A. Verùm, ut at ſermonem inceptum redeamus, quid dediſti puero, qui ſcalpellum tuum invenit?

B. Sextantem dedi et juglandes aliquot, eum præterea laudavi, et idem ſemper facere admonui.

A. Rectè feciſti, ſic enim aliàs libentiùs reddet, ſi quid reperit; ſed quid ſi perdidiſſes?

B. Æquo animo tuliſſem, et mihi aliud emiſſem.

A. Ita æquo animo tuliſſes?

B. Certè non ſine aliquâ moleſtiâ.

A. Non æquo animo igitur; ſed te arctiùs urgere nolo.

B. Theologi non ſumus.

A. Quid ergo?

B. Grammaticuli.

A. Et imperiti quidem.

B. Tantò

ORDO.

poſt prándium quidam puer ſextæ claſſis rétulit id mihi. *A.* Utinam omnes eſſent tam fidéles, qui repériunt res amíſſas. *B.* Profécto ſunt pauci qui reſtítuent: ſi res ſit alíjujus prétii. *A.* Et tamen id præcípitur nominátim verbo Dei. *B.* Quidni? nam eſt ſpécies furti, ſi quis retíneat aliénam rem invéntam, modò ſciat cui ſit reddénda. *A.* At plerique putant ſe poſſidére jure, quicquid amíſſum invénerint. *B.* Illi errant graviſſimè équidem. *A.* Verúm, ut redeámus ad incéptum ſermónem, quid dedíſti púero, qui invénit tuum ſcalpéllum? *B.* Dedi ſextántem et áliquot juglándes, laudávi eum prætérea, et admónui *eum* ſemper fácere idem. *A.* Feciſti rectè, enim ſic reddet libéntiùs álias, ſi repérit quid; ſed quid ſi perdidíſſes? *B.* Tuliſſem æquo ánimo, et emíſſem áliud mihi. *A.* Tulíſſes ita æquo ánimo? *B.* Certè non ſine áliquâ moléſtiâ. *A.* Non æquo ánimo ígitur; ſed nolo urgére te árctiùs. *B.* Non ſumus Theólogi. *A.* Quid ergo? *B.* Grammatículi. *A.* Et imperíti quidem. *B.* Debémus precári Deum tantò diligéntiùs,

B. Tantò diligentiùs Deum precari debemus, ut per evangelium nos ab tenebris ignorantiæ liberet.

A. Id verò faciemus, ſi ſanctis pareamus admonitionibus, quas a præceptore quotidie audimus, et ſæpe a concionatoribus, verbi Divini miniſtris.

B. Vide quantum ſcalpelli mei amiſſio nobis profuerit.

A. Ob eam rem dupliciter tibi gratulo; primùm, quòd tibi rectè emerim; deinde, quòd recuperaveris amiſſum.

B. Tibi gratium habeo.

ORDO.

ligéntiùs, ut líberet nos per evangélium ab ténebris ignorántiæ. *A.* Verò faciémus id, ſi pareámus ſanctis admonitiónibus quas audímus quotídie a preceptóre, et ſæpe a concionatóribus, miníſtris Divíni verbi. *B.* Vide quantum amíſſio mei ſcalpélli profúerit nobis. *A.* Grátulor tibi dupliciter ob eam rem; primùm quòd émerim tibi rectè; deínde, quòd recuperáveris *id* amíſſum. *B.* Hábeo grátiam tibi.

COLL. XLVII.

A. NON videris mihi nimis occupatus.

B. Mediocriter.

A. Quid ſi mihi duas aut tres pennas facias?

B. Sit tibi ſatis, ſi unam faciam; oſtende mihi calamos. Profectò optimi ſunt, et ad ſcribendum aptiſſimi.

A. Unde iſtud nôſti?

B. Quia ſunt caule amplo, firmo et nitido; nam molles, et qui caulem breviorem habent, ad ſcribendum parúm ſunt utiles.

A. Me utiliter emiſſe gaudeo.

B. Non abs re; ſed quanti?

A. Pro his tribus duos quadrantes dedi.

B. Pro

ORDO.

A. Non vidéris mihi nimis occupátus. *B.* Mediócriter. *A.* Quid ſi fácias duas aut tres pennas mihi? *B.* Sit ſatis tibi, ſi fáciam unam: oſténde cálamos mihi. Profécto ſunt óptimi, et aptíſſimi ad ſcribéndum. *A.* Unde novíſti iſtud? *B.* Quia ſunt amplo, firmo et nítido caule; nam molles, et qui habent brevióremcaulem, ſunt parùm útiles ad ſcribéndum. *A.* Gaúdeo me emíſſa *eas* utíliter. *B.* Non abs re; ſed quanti *prétii?* *A.* Dedi duos quadrántes pro his tribus

B. Pro bonitate rei pretium vile eſt; de quo emiſti?

A. De circumforaneo quodam.

B. Mercatores oppidi noſtri multò pluris vendunt.

A. Et tamen interdum dicere audent conſtare ſibi pluris quàm vendunt.

B. Ea ferè mercatorum eſt conſuetudo; nam nihil proficiunt, niſi admodùm mentiantur, ut ait Cicero.

A. Sed agè, ne te diutius morer, idquod inſtat agamus.

B. Citò expediero, aſpice me diligenter, ut dicas.

A. Intentis oculis aſpicio, ſed mihi opus eſſet ſpatio longiori.

B. Illud ergo in cubiculo fiet, ſi velis me inviſere.

A. Quo tempore?

B. Poſt Scholæ miſſionem, hoc eſt, horâ nonâ matutinâ, vel quartâ pomeridianâ. Nunc habes duas pennas in tuum uſum rectè accomodatas, ni fallor; hanc tertiam tibi in aliud tempus ſervabis.

A. Accipe tibi, ſi placet.

B. Quin tibi ſerva, multa mihi adferuntur domo.

A. Ago tibi gratias vale.

B. Sed heus! ne meo labori parcas.

A. Tu quoque me et meis verbis viciſſim utere, ſi quid fuerit opus.

B. Vale, et dic ſalutem patri et univerſæ familiæ meo nomine.

ORDO.

tribus. *B.* Prétium eſt vile pro bonitáte rei: de quo emíſti? *A.* De quodam circumforáneo. *B,* Mercatóres noſtri óppidi vendunt multò pluris *prétii*. *A.* Et tamen intérdum audent dícere *eos* conſtáre ſibi pluris *prétii* quàm vendunt. *B.* Ea eſt conſuetúdo mercatórum ferè; nam proficiunt nihil, niſi mentiántur ádmodùm, ut Cícero ait. *A.* Sed agè, ne morer te diútiùs, agámus id quod inſtat. *B.* Expedívero citò, áſpice me diligénter, ut diſcas. *A.* Aſpício inténtis óculis, ſed opus eſſet mihi longióri ſpátio. *B.* Poſt miſſiónem Scholæ, hoc eſt, notâ horâ matutinâ, vel quartâ pomeridianâ. Nunc habes duas pennas accommodátas rectè in tuum uſum, ni fallor; ſervábis hanc tértiam tibi in áliud tempus. *A.* Accipe tibi, ſi placet. *B.* Quin ſerva tibi, multa adferúntur domo mihi. *A.* Ago grátias tibi, vale. *B.* Sed heus! ne parcas meo labóri. *A.* Tu quoque útere me et meis rebus vicíſſim, ſi quid fuerit opus. *B.* Vale, et dic ſalútem patri et univérſæ famíliæ meó nómine.

COLL. XLVIII.

A. QUID triſtis es?

B. Ægroto.

A. Quid morbi eſt?

B. Neſcio.

A. Sed tamen eſtne gravis?

B. Non admodùm, gratia Deo.

A. Quidnam tibi dolet?

B. Caput.

A. Quid, totumne caput?

B. Non certè.

A. Quæ pars igitur?

B. Sinciput, quid faciam?

B. Quieſce, et mox ſanus eris: nam ſic ex matre audivi, nullum eſſe præſentius remedium capitis doloribus quàm quietem.

B. Atqui varii ſunt capitis morbi.

A. Et varia fortaſsè remedia; ſed quid eſt facilius quàm id tentare, quod tibi dixi?

B. Non quidem nocebit experii, ut ſpero. Sed ubi quieſcam?

A. Domi veſtræ in lecto.

B. Mater non ſinet.

A. Imò, ſi dixeris te ægrotare.

B. Atqui me ſimulare putabit.

A. Fieri poteſt, ſed quid dubitas facere periculum?

B. Bonum das mihi conſilium.

A. Utere, ſi vis.

B. Faciam profectò, ſed unum reſtat.

A. Quid eſt?

B. Venia a præceptore impetranda eſt.

A. Adi et pete.

B. Quid ſi dare nolit?

A. Imò facillimè.

ORDO.

B. Quî

A. Quid es triſtis? *B.* Ægróto. *A.* Quid morbi eſt? *B.* Néſcio. *A.* Sed tamen eſtne gravis? *B.* Non ádmodùm, grátia Deo. *A.* Quidnam dolet tibi? *B.* Caput. *A.* Quid, totúmne caput? *B.* Non certè. *A.* Quæ pars ígitur? *B.* Síncipuț, quid faciam? *A.* Quiéſce, et mox eris ſanus; nam ſic audívi ex matre, eſſe nullum præséntius remédium dolóribus cápitis quàm quiétem. *B.* Atqui ſunt várii morbi cápitis. *A.* Et fortáſſe vária remédia; ſed quid eſt facílius quàm tentáre id, quod dixi tibi? *B.* Non nocébit experíri quidem, ut ſpero. Sed ubi quiéſcam? *A.* Veſtræ domi in lecto. *B.* Mater non ſinet. *A.* Imò, ſi díxeris te ægrotáre. *B.* Atqui putábit me ſimuláre. *A.* Poteſt fíeri, ſed quìd dúbitas fácere periculum? *B.* Das bonum conſilium mihi. *A.* Utere, ſi vis. *B.* Proféćto fáciam, ſed unum reſtat. *A.* Quid eſt? *B.* Vénia eſt impetránda a præceptore. *A.* Adi et pete. *B.* Quid ſi nolet dare? *A.* Imò facíllimè. *B.* Quî

ſcis

B. Qui istud scis?

A. Quia facilè credit, nisi iis qui eum aliquoties fefellerunt.

B. Nunquam eum fefelli sciens.

A. Ito igitur confidenter.

B. Nunc eo.

A. Sed heus! quid dicturus sis meditare, ne fortè hæreas loquendo.

B. Benè mones, non accedam imparatus.

ORDO.

scis istud? *A.* Quia fácilè credit, nisi iis, qui fefellérunt eum aliquóties. *B.* Nunquam sciens fefélli eum. *A.* Ito ígitur confidénter. *B.* Nunc eo. *A.* Sed heus! meditáre quid sis dictúrus, ne fortè hæreas loquéndo. *B.* Mones benè, non accédam imparátus.

COLL. XLIX.

A. ADES mihi optatus, aliquem quærebam, qui mecum certare vellet, sed omnes ad lusum currunt; sed quid ais?

B. Quid ego malim, quàm tecum pacificè de studiis nostris contendere; sed quid certandi argumentum petis? visne Tullii epistolas repetere?

A. Malo aliquot ex Catone carmina repetere.

B. Quamobrem?

A. Quia prælectiones aliquot mihi de Catone restant ediscendæ: nam scis me ferè duas hebdomadas ægrotâsse.

B. Memini; vis igitur, ut secundum Distichorum moralium librum dicamus?

A. Est nimis longus in horam hanc.

B. Quid ita?

A. Quia nobis aliquamdiu ludendum est, ut corpus ad valetudinem conservandam exerceamus.

ORDO.

B. Re-

A. Ades mihi optátus, quærébam áliquem, qui vellet certáre mecum, sed omnes currunt ad lusum; sed quid ais? *B.* Quid ego malim, quàm conténdere tecum pacificè de nostris studiis; sed quid argumentum certándi petis? Visne repétere epístolas Lúllii? *A.* Malo repétere áliquot cármina ex Catóne. *B.* Quámobrem? *A.* Quia áliquot prælectiónes restant mihi ediscéndæ de Catóne; nam scis me ægrotavísse ferè duas hebdómadas. *B.* Mémini; vis ígitur, ut dicámus secúndum librum morálium Distichórum? *A.* Est nimis longus in hanc horam. *B.* Quid ita? *A.* Quia est ludéndum nobis aliquámdiu, ut exerceámus

B. Repetamus igitur tertium librum, quia breviſſimus eſt.

A. Sed volo judicem.

B. Solomon eſt præſtò, qui me eam ob rem ſequitur.

A. Vin' tu, Solomon, audire nos?

S. Quid dicturi eſtis?

A. Tertium Librum Diſtichorum moralium.

S. Non dicetis alterni?

A. Scilicet, uterque diſtichum ſuum.

S. Sed, pueri, ne erretis, nolo tanquam judex vos audire.

A. Cur non?

S. Ne fortaſsè alteruter amicorum meâ ſententiâ offendatur.

A. In quo igitur adjutor nobis eris?

S. Utriuſque lapſus diligenter in chartulâ notabo, deinde ad præceptorem referetis.

A. Quid fiet poſteà?

S. Et victoriam et præmium adjudicabit utri videbitur.

A. Eris igitur tantùm nobis teſtis.

S. Sic intelligo.

A. Mihi ſanè videtur optima ratio.

B. Atque ita mihi videtur.

S. Sed unum reſtat.

A. Quid eſt?

S. Vultis, præter lapſus, hæſitationes quoque notari?

A. Sic præceptoris leges de hâc re volunt.

S. Date mihi in manum librum, ut certiùs obſervare poſſim.

A. Tene meum.

B. Incipiamne?

ORDO.

A. Æ. corpus ad conſervándum valetúdinem. *B.* Igitur repetámus tértium librum, quia eſt breviſſimus. *A.* Sed volo *habére* júdicem. *B.* Sólomon eſt præſtò, qui séquitur me ob eam rem. *B.* Sólomon, visne tu audíre nos? *S.* Quid eſtis dictúri? *A.* Tértium librum morálium diſtichorum. *S.* Nonne dicétis altérni? *A.* Scílicet, utérque *dicet* ſuum diſtichum. *S.* Sed, púeri, ne errétis, nolo tanquam judex audíre vos. *A.* Cur non? *S.* Ne fortáſſe altéruter amicórum offendátur meâ ſenténtiâ. *A.* In quo ígitur eris adjútor nobis? *S.* Notábo lapſus utriúſque diligénter in chártulâ, deínde referetis *eos* ad præceptórem. *A.* Quid fiet póſteà? *S.* Adjudicábit et victóriam et præmium utre vidébitur. *A.* Igitur eris tantùm teſtis nobis. *S.* Sic intélligo. *A.* Vidétur mihi óptima ratio ſanè. *B.* Atque ita vidétur mihi. *S.* Sed unum reſtat. *A.* Quid eſt? *S.* Vultis, præter lapſus, hæſitatiónes quoque notári? *A.* Sic leges præceptóris volunt de hâc re. *S.* Date librum mihi in manum, ut poſſim obſervâre cértiùs. *A.* Tene meum. *B.* Incipiámne? *A.* Eſt æquum,

A. Æquum eſt, quia tu a me provocatus es.

B. Audi, quæſo, Solomon, ſed diligenter.

S. Cave tu ne dicas negligenter.

ORDO.

æquum, quia tu es provocátus a me. *B.* Quæſo, Sólomon, audi, ſed diligénter. *S.* Tu cave ne dicas negligénter.

COLL. L.

A. GRATULOR tibi reditum: quando rediiſti rure?

B. Herì poſt meridiem.

A. Rediitne mater?

B. Quemadmodum illa me ſecum duxit, ita reduxit.

A. Nonne in equo venit?

B. Imò et tolutario.

A. Veniſti et tu in equo?

B. Eram illi a pedibus.

B. Nonne labor itineris fuit tibi moleſtus?

B. Fuit nulla via mihi difficilis, adeò jucunda erat in urbem reditio: Quid quæris? noluiſſem equo venire.

A. Quantum hinc diſtat veſtra villa?

B. Quatuor milliaribus, iiſque non admodum longis.

A. Sed jam de reditu ſatis, nunc aliud agamus.

B. Fuiſtine tui promiſſi memor?

A. Num vacuus rediiſti?

B. Attuli quantum úvarum potui.

A. Quantum igitur?

B. Quaſillum.

A. Hui! quaſillum? Tibi uni igitur?

B. Imò nobis duobus.

A. Quid, tantillum duobus?

B. Non poteram amplius ferre,

ORDO.

A. Grátulor réditum tibi: quando redivíſti rure? *B.* Herì poſt merídiem. *A.* Matérne redívit? *B.* Quemádmodùm illa duxit me ſecum, ita redúxit *me*. *A.* Nonne venit in equo? *B.* Imò et tolutário *equo*. *A.* Et tu veníſti in equo? *B.* Eram illi a pédibus. *A.* Nonne labor itíneris fuit moléſtus tibi? *B.* Nulla via fuit difficilis mihi, redítio in urbem erat ádeò jucúnda: Quid quæris? Noluíſſem veníre equo. *A.* Quantùm veſtra villa diſtat hinc? *B.* Quátuor milliáribus, iiſque non ádmodùm longis. *A.* Sed jam ſatis de réditu, nunc agámus áliud. *B.* Fuiſtíne memor tui promíſſi? *A.* Num redivíſti vácuus? *B.* Attuli quantum uvárum pótui. *A.* Quantum ígitur? *B.* Quaſíllum. *A.* Hui! Quaſíllum? Tibi uni ígitur? *B.* Imò nobis duóbus. *A.* Quid tantíllum duóbus? *B.* Non póteram ferre ámplius

ferre, pro corpuſculi meí viribus; quòd ſi robuſtus eſſem, onus aſini aſportâſſem; nam facilè mater permittebat.

A. Utinam adfuiſſem.

B. Ego et mater te plurimùm deſideravimus; ſed bono animo eſto, ea rure famulum reliquit, qui ampliſſimâ corbe onuſtus veniet; tum illa tibi affatim dabit.

A. Aha! nunc optata loqueris.

B. Eamus domum ad nos. Noſtrum quaſillum, ut ſpero, adhuc integrum videbs.

A. O lepidum caput! Cupiebam tuam matrem, mihi chariſſimam, ire ſalutatum.

B. Profecto illi gratiſſimum feceris.

A. Eamus igitur.

ORDO.

plius, pro víribus mei corpúſculi? quòd ſi eſſem robúſtus, aſportavíſſem onus ásini; nam mater permittébat fácilè. *A.* Utinam adfuíſſem. *B.* Ego et mater deſiderávimus te plúrimùm; ſed eſto bono ánimo, ea relíquit fámulum rure, qui véniet onúſtus amplíſſimâ corbe; tum illa dabit tibi affátim. *A.* Aha! nunc lóqueris optáta. *B.* Eámus domum ad nos. Vidébis noſtrum quasíllum adhuc intégrum, ut ſpero. *A.* O lépidum caput! Cupiébam ire ſalutátum tuam matrem charíſſimam mihi. *B.* Profécto féceris gratíſſimum illi. *A.* Eámus ígitur.

COLL. LI.

A. QUID hic ſolus cogitas?

B. Miſeriam meam deploro.

A. Quænam te afficit miſeria?

B. Heu! me miſerum! ecce claſſem mutavimus, nec mihi eſt pecunia, unde libros emam.

A. Annon tibi dat pater?

B. Dat quidem, ſed parcè nimis.

A. Eſt igitur avarus.

B. Non ſequitur.

A. Quid igitur impedit, quo minùs tibi pecuniam ſuppeditet?

B. Pau-

ORDO.

A. Quid ſolus cógitas hìc? *B.* Deplóro meum miſériam. *A.* Quænam miſéria áfficit te? *B.* Heu! me míſerum! ecce mutávimus claſſem, nec eſt pecúnia mihi, unde emam libros. *A.* Annon pater dat tibi? *B.* Dat quidem, ſed nimis parcè. *A.* Eſt avárus ígitur. *B.* Non ſequitur. *A.* Quìd impédit ígitur, quo minùs ſuppéditet pecúniam tibi?

B. Paupertas: prætereà, cùm peto miratur opus eſſe nobis tot libris.

A. Nihil mirum, præſertim quum pauper ſit; ſed interim bono eſto animo, nec, quæſo, te afflictes: operam dabo, ut juvet te pater, nam libenter largitur pauperibus, iis præſertim, quos bonarum literarum ſtudioſos eſſe novit.

B. O me felicem! Si Deus tuâ operâ me adjuverit!

A. Juvabit, ut ſpero: ſed tu interim diligenter precare, ut animum patris erga te benè affectum reddat.

B. Rectè mones, nam, ut ſæpè audivi e ſacris concionibus, eſt ſolus Deus, qui corda hominum gubernat ac dirigit.

A. Ita eſt.

B. Vale, mi Bernarde, qui mihi animum reddidiſti.

A. Vale, tu quoque Antoni; ſed dic mihi, quantum tibi opus eſt?

B. Si decem aſſes haberem, abunde eſſet in præſentia.

A. Tace, cras, ut ſpero, auxilium divinum ſenties.

ORDO.

tibi? *B.* Paupértas; prætérea, cùm peto mirátur eſſe opus tot libris nobis. *A.* Nihil mirum, præsértim quum ſit pauper; ſed ínterim eſto bono ánimo, nec afflíctes te, quæſo: dabo óperam, ut *meus* pater juvet te, nam largítur libénter paupéribus, præſértim iis, quos novit eſſe ſtudióſos bonárum literárum. *B.* O felícem me! Si Deus adjúverit me tuâ óperâ! *A.* Juvábit, ut ſpero; ſed interim tu precáre diligénter, ut reddat ánimum patris benè affféctum erga te. *B.* Mones rectè, nam, ut ſæpe audívi e ſacris conciónibus, eſt Deus ſolus, qui gubérnat ac dirigit corda hóminum. *A.* Ita eſt. *B.* Vale, mi Bernárde, qui reddidíſti ánimum mihi. *A.* Tu vale, quoque, Antóni; ſed dic mihi, quantum eſt opus tibi? *B.* Si habérem decem aſſes, eſſet abúnde in præſéntia. *A.* Tace; cras, ut ſpero, sénties divínum auxílium.

COLL. LII.

A. QUID agis? *B.* Scribo. *A.* Quid ſcribis? *B.* Deſcribo præceptoris dictata. *A.* Quænam? *B.* Heſterna. *A.* Quid

ORDO.

A. Quid agis? *B.* Scribo. *A.* Quid ſcribis? *B.* Deſcríbo dictáta præceptóris. *A.* Quænam? *B.* Heſtérna. *A.* Quid?

A. Quid? non aderas?

B. Imò aderam, ſed non poteram præceptorem dictantem aſſequi.

A. Quæ res te impediebat?

B. Quod non commodè ſatis ſederem.

A. Veneras ſeriùs igitur?

B. Iſtud eſt.

A. Cedo commentariolum tuum, egomet tibi ſcribam.

B. Quid lucri faciam?

A. Ego citiùs deſcripſero quàm tu; poſt unà ludemus, ut conceſſit præceptor; cedo librum.

B. Id quidem libenter facerem, ſed non audeo.

A. Quid times?

B. Præceptoris edictum.

A. Quod edictum mihi narras?

B. Neſcis eum vetuiſſe, ne quis alteri ſcribat ſine ejus permiſſu?

A. Id probè memini, ſed unde hoc ſciet?

B. Rogas? quum ſcripturæ rationem exigit, emendandi causâ, tum captus ero; nam manum meam novit, præterea neque fallendum eſt, neque mentiendum.

A. Utrumque verbo Dei vetamur.

B. Quid ergo præceptori reſpondeam, quum ille me iſta ſcripſiſſe negârit?

A. Res eò non evadet, ut ſpero.

B. Nolo tuâ ſpe tantum periculum ſubire.

A. Vah! es nimium timidus.

B. At tu fortaſſe es audacior. *A.* Tu

ORDO.

A. Quid? non áderas? *B.* Imò áderam, ſed non póteram áſſequi præceptórem dictántem. *A.* Quæ res impediébat te? *B.* Quod non ſedérem cómmodè ſatis. *A.* Véneras ſeriùs ígitur? *B.* Iſtud eſt. *A.* Cedo tuum commentárıolum, égomet ſcribam tibi. *B.* Quid lucri fáciam? *A.* Ego deſcripſero citiùs quàm tu; poſt ludémus unà, ut præcéptor concéſſit; cedo librum. B. Fácerem id libénter quidem, ſed non aúdeo. *A.* Quid times? *B.* Edíctum præceptóris. *A.* Quod edíctum narras mihi? *B.* Neſcis eum vetuíſſe, ne quis ſcribat álteri ſine ejus permíſſu? *A.* Mémini id probè, ſed unde ſciet hoc? *B.* Rogas? quum éxigit ratiónem ſcriptúræ, causâ emendándi, tum ero captus; nam novit meam manum, prætérea neque falléndum eſt *nobis*, neque mentiéndum. *A.* Vetámur utrúmque verbo Dei. *B.* Ergò quid reſpóndeam præceptóri, quum ille negáverit me ſcripsíſſe iſta? *A.* Res non evádet eò, ut ſpero. *B.* Nolo ſubíre tantum periculum tuâ ſpe. *A.* Vah! es nímiùm tímidus. *B.* At fortáſſe tu es audácior. *A.* Igitur

tu

A. Tu igitur ſcribe quantum voles, ego me ad ludendum conferam.

B. Abi, quæſo, jam paginam unam deſcripſiſſem. niſi me interpellâſſes.

A. At interim aliquid proficimus dum Latinè fabulamur.

ORDO.

tu ſcribe quantum voles, ego cónferam me ad ludéndum. *B.* Abi, quæſo, jam deſcripsíſſem unam páginam, niſi interpellavíſſes me. *A.* At interim proficimus áliquid dum fabulámur Latinè.

COLL. LIII.

A. QUOTA horâ expergefactus es hodie?

B. Ante lucem, quotâ horâ neſcio.

A. Quis te expergefecit?

B. Excitator Hebdomadarius venit cum laternâ ſuâ, oſtium cubiculi duriter pulſavit, aperuit quidam, excitator lucernam noſtram accendit, inclamavit voce clarâ, omnes experrecti ſunt.

A. Narra mihi ordine, quid egeris ex illo tempore uſque ad jentaculi finem. Vos pueri diligenter attendite, ut hunc veſtrum condiſcipulum imitari diſcatis.

B. Experrectus ſum, e lecto ſurrexi, tunicam cum thorace indui, in ſcabello ſedi femoralia et tibialia accepi, utraque indui, calceos calceavi, femoralia thoraci ligulis aſtrinxi, tibialia periſcelide ſuper crura ligavi.

Me cingulo præcinxi, caput diligenter pexui, pileolum

ORDO.

A. Quotâ horâ es expergefactus hódie? *B.* Ante lucem, néſcio quotâ horâ. *A.* Quis expergefécit te? *B.* Hebdomadárius excitátor venit cum ſuâ latérnâ, pulſávit oſtium cubículi dúriter, quidam apéruit, excitátor accéndit noſtram lucérnam, inclamávit clarâ voce. omnes ſunt experréćti. *A.* Narra mihi órdine, quid égeris ex illo témpore uſquè ad finem jentáculi. Vos púeri atténdite diligénter, ut diſcátis imitári hunc veſtrum condiſcípulum. *B.* Sum experréctus, ſurréxi e lecto, indui túnicam cum thoráce, ſedi in ſcabéllo, accépi femorália et tibiália, índui utráque, calceávi cálceos, aſtrínxi femorália thoráci ligulis, ligávi tibiália periſcélide ſuper crura. Plæcínxi me cíngulo, péxui caput diligénter, aptávi piléolum cápiti, índui togam, deínde

lum capiti aptavi, togam indui, deinde cubiculo egreſſus, deſcendi infrà, urinam in areâ ad parietem reddidi.

Aquam frigidam e ſitulâ accepi, manus et faciem lavi, os et dentes collui, manus et faciem mantili deterſi, interea datur ſignum ad preces tintinnabulo.

In aulam privatam convenimus, precamur unà, jentaculum ordine a famulo accipimus, in triclinio jentamus, ſedentes quieti ſine murmure et ſtrepitu, eos amicè admonui, quos audivi ineptè garrientes, aut verbi otioſa loquentes, aut vidi laſcivientes, nomina eorum detuli ad monitorem, qui non paruerunt, et eos notaret.

A. Nemone præerat vobis dum jentareris?

B. Imò hypodidaſculus.

A. Quid agebat interea?

B. Ille per aulam mediam ambulabat, librum tenens in manibus, et identidem obſervatorem monens, ut notaret ineptè garrientes.

A. Licet igitur nullum verbum tunc emittere?

B. Imò licet, verùm ii notari ſolent, qui diù et multis verbis ineptè, et ſine ullo fructu fabulantur; cæterùm omnibus licet jucundos inter ſe ſermones de bonis et honeſtis rebus tractare, dummodò modeſtè citra clamorem et contentionem fiet.

A. Hactenus mihi ſatisfeciſti:

ORDO.

índe egréſſus cubículo, deſcéndi infrà, réddidi urínam in áreâ ad pariétem. Accépi frígidam aquam e ſítulâ, lavi manus et fáciem, cóllui os et dentes, detérſi manus et fáciem mantíli, intéreà ſignum datur ad preces tintinábulo. Convénimus in privátam aulam, precámur unà, accípimus jentáculem órdine a fámulo, jentámus in trinclínio, ſedéntes quiéti ſine múrmure et ſtrépitu, admónui eos amícè, quos audívi garriéntes inéptè, aut loquéntes otióſa verba, aut vidi laſciviéntes, détuli nómina eórum, qui non paruérunt, ad monitórem, ut notáret eos. *A.* Nemone præérat vobis, dum jentarétis? *B.* Imò hypodidáſculus. *A.* Quid agébat intéreà? *B.* Ille ambulábat per médiam aulam, tenens librum in mánibus, et idéntidem monens obſervatórem, ut notáret *pùeros* garriéntes inéptè. *A.* Licet ígitur emíttere nullum verbum tunc? *B.* Imò licet, verùm ii ſolent notári, qui fabulántur diù et multis verbis inéptè, et ſine ullo fructu; cæterùm licet ómnibus tractáre jucúndos ſermones inter ſe de bonis et honéſtis rebus, dúmmodò fiet modéſtè citra clamórem et contentiónem. *A.* Háctenus ſatisfeciſti

cisti: a prandio cætera narrabis, nisi aliquod negotium intervenerit; nunc in aulam eamus ad prandium, ne simus in morâ magistro.

B. Audivi modò signum dari.

A. Opportunè datum.

ORDO.

Cisfecísti mihi: narrábis cætera a prándio, nisi áliquod negótium intervénerit; nunc eámus in aulam ad prándium, ne símus in morâ magístro. *B.* Audívi signum dari modò. *A. Est* datum opportunè.

COLL. LIV.

A. UBI narrationem ante prandium finîsti?

B. Quum finem vellem de jentaculo imponere, tu me interpellâsti.

A. Perge igitur reliqua ordine narrare.

B. Dum finem jentandi facimus, datur posterius signum publicum, quisque libros sumit, in aulam communem imus, catalogi singularum classium ex more recitantur, qui adsunt ad nomina respondent.

Ego quoque respondeo, absentes notantur in catalogis a nomenclatoribus, recitatione catalogorum finitâ, ludimagister pulpitum adscendit, ut precetur nos attentos esse jubet, ac tum publicè precatur.

Ubi precatus est, inquit, vos quisque in suum auditorium recipite, conveniunt omnes, ego item cum condiscipulis meis venio.

In meo loco sedeo, ingreditur præceptor, de absentitibus

ORDO.

A. Ubi finivísti narratiónem ante prándium? *B.* Quum vellem impónere finem de jentáculo, tu interpellavísti me. *A.* Perge igitur narráre réliqua órdine. *B.* Dum fácimus finem jentándi, postérius públicum signum datur, quisque sumit libros, imus in commúnem aulam, catálogi singulárum clássium recitántur ex more, qui adsunt respóndent ad nómina. Ego quoque respóndeo, abséntes notántur in catálogis a nomenclatóribus, recitatióne catalogórum finítâ, ludimagíster ascéndit púlpitum, ut precétur jubet nos esse atténtos, ac tum precátur públicè. Ubi est precátus inquit, vos recípite *vosmetipsos* quisque in suum auditórium, omnes convéniunt, ego item vénio cum meis condiscípulis. Sédeo in meo loco, præcéptor ingréditur, inquírit de absentibus

tibus inquirit, deinde in cathedrâ ſedet, et auctoris ſcriptum pronunciari jubet.

Pronunciamus terni clarâ voce, ut quotidie ſolemus, tum jubet nos interpretationem reddere, ex rudioribus aliquot legunt, alii interpretationem reddunt, idque memoriter. Tandem præceptor Anglicam verborum ſignificationem exigit.

Doctiores reſpondent, ego quoque ab eo juſſus reſpondeo, laudat ille eos, qui bene reſpondent, de quorum numero (quod dictum ſit ſine jactantia) eram ipſe unus.

Poſteà ſingulas orationis partes tractati jubet ad rationem grammaticam: poſtremò palem præſcribit, quid a prandio reddendum ſit.

Horâ octavâ auditâ, precationem imperat, quâ finitâ, monet ut officium ſedulò faciamus, tandem nos dimittit.

Eo ſpectante, ordine eximus, et ſine ſtrepitu, et diſcedimus læti: ſatisfecine tibi, præceptor?

A. Cumulatiſſimè.

B. Placetne tibi ut idem faciam de reliquis hujus diei actionibus ſub cœnæ tempus?

A. Erit nihil opus.

ORDO.

ſéntibus, deinde ſedet in cathédrâ, et jubet ſcriptum auctóris pronunciári. *Nos* terni pronunciámus clarâ voce, ut quotídie ſolémus, cum jubet nos réddere interpretatiónem, idque memóriter. Tandam præcéptor éxigit Anglicam ſignificatiónem verbórum. Doctióres reſpóndent, ego quoque juſſus ab eo reſpóndeo, ille laudat eos, qui reſpóndent benè, de número quorum ipſe eram unus (quod ſit dictum ſine jactántia) Póſteà jubet ſíngulas partes oratiónis tractári ad grammáticam ratiónem; poſtrémò præſcríbit palam, quid ſit reddéndum a prándio. Octavâ horâ auditâ, ímperat precatiónem, quâ finítâ, monet ut faciámus officium ſédulo, tandem dimíttit nos. Eo ſpectánte, exímus órdine, et ſine ſtrépitu, et diſcédimus læti: præcéptor, ſatisfecíne tibi? *A.* Cumulatíſſimè. *B.* Placétne tibi ut fáciam idem de réliquis actiónibus hujus diéi ſub tempus cœnæ? *A.* Erit nihil opus.

COLL. LV.

A. NON meminiſti præceptorem nos tam ſæpe monere de ſodalibus pravis fugiendis?

ORDO.

A. Non meminíſti præceptórem monére nos tam ſæpe fugiéndis pravis ſodálibus? *B.* Ego

B. Ego probè memini.

A. Tamen ejus monita negligis.

B. In quo tibi videor ea negligere?

A. Dicam tibi, modò attentè audias.

B. Dic obsecro, attentissimè audiam.

A. Nunquam vis cavere ab illo impostore?

B. Cur caveam?

A. Ne ejus infectione depraveris, nam pessimum esse nosti.

B. Atqui non sponte sequor, ad me undique accurrit.

A. Nimirùm, quia novit te habere pecuniam, et libenter et sæpe dare.

B. Quid igitur suades mihi facere?

A. Dic semel et seriò, et quasi irato animo, quid vis, amice? cur me ubique sequeris? omnes clamant te esse pessimum, ac nolunt tui sodales esse; proinde posthàc me mitte, quæso, ne palam virgis tuâ causâ cædar.

B. Quid si aliquid respondere velit?

A. Illius sermonem abrumpe, atque abi celeriter.

B. Ago tibi gratias, quòd me tam fideliter monueris.

ORDO.

A. Non memimísti præceptórem monére nos tam sæpe de fugiéndis pravis sodálibus? *B.* Ego mémini probè. *A.* Tamen négligis ejus mónita. *B.* In quo vídeor tibi negligere ea? *A.* Dicam tibi, modò aúdias atténtè. *B.* Dic, óbsecro, aúdiam attentíssimè. *A.* Nunquam vis cavére ab illo impostóre? *B.* Cur cáveam? *B.* Ne depráveris ejus infectióne, nam novísti *eum* esse péssimum. *B.* Atqui non sequor *eum* sponte, accúrrit úndique ad me. *A.* Nimírum, quia novit te habére pecúniam, et dare *eam* libénter et sæpè. *B.* Quid ígitur suádes mihi fácere? *A.* Dic semel et sériò, et quási iráto ánimo, amíce, quid vis? cur séqueris me ubíque? omnes clamant te esse péssimum, ac nolunt esse tui sodáles; proínde posthàc mitte me, quæso, nè cædar virgis palam tuâ causâ. *B.* Quid si velit respondéri áliquid? *A.* Abrúmpe illíus sermónem, atque abi celériter. *B.* Ago grátias tibi, quòd monúeris me tam fidéliter.

COLL. LVI.

A. QUID egisti per hos quindecim dies?

B. Ministravi matri, quæ ægrotabat.

A. Ain' tu?

B. Sic profectò.

ORDO.

A. Quid egísti per hos quíndecim dies? *B.* Ministrávi matri, quæ ægrotábat. *A.* Aísne tu? *B.* Profectò sic est.

A. Quo laborabat morbo?

B. Febre tertianâ.

A. Convaluitne?

B. Convaleſcit paulatim, gratia Deo.

A. Quis eam ſanavit?

B. Medicorum ſummus.

A. Quis eſt ille?

B. Deus ipſe.

A. De hoc nihil dubito, ſed cujus operâ?

B. Domini Saraſini.

A. Is peritiſſimus medicinæ habetur.

B. Egregiæ ejus curationis id quotidiè probant.

A. Quibus in matre tuâ curandâ uſus eſt remediis?

B. Medicamentis.

A. Illud ſatis intelligo, etiamſi tu taceas, ſed dic mihi planè, quæ fuerint iſta medicamenta?

B. Sine me pauliſper recordari.

A. Dic mihi tandem quæ reminiſceris.

B. Duo tantùm nomina mihi occurrunt, clyſteres et potiones.

A. Quid conferunt iſta?

B. Eho, inepte, rogas, quaſi ego medicinæ peritus ſim, itaque ſi amplius cupis ſcire, ipſe potiùs quære ad iis, qui iſta profitentur, hoc eſt, a medicis et pharmacopolis.

A. Ne mihi ſuccenſeas, obſecro.

B. Cur tu es ádeò curioſus?

A. Ut ſemper aliquid ediſcam.

B. At interim vide ne percontator voceris.

A. Tamen audi pauca.

B. Loquere.

A. Quam-

ORDO.

A. Quo morbo laborábat? *B.* Tertiánâ febre. *A.* Convalúitne? *B.* Convaléſcit paulátim, grátia Deo. *A.* Quis ſanávit eam? *B.* Summus medicórum. *A.* Quis eſt ille; *B.* Deus ipſe. *A.* Dúbito nihil de hoc, ſed cujus óperâ? *B.* Dómini Saraſini. *A.* Is habétur peritíſſimus medicínæ. *B.* Ejus egrégiæ curatiónes probant id quotídie. *A.* Quibus remédiis uſus eſt in curándâ tuâ matre? *B.* Medicaméntis. *A.* Intélligo íllud ſatis, etiámſi tu táceas, ſed dic mihi planè, quæ iſta medicaménta fúerint? *B.* Sine me recordári pauliſper. *A.* Dic mihi tandem quæ reminiſceris. *B.* Duo nómina tantùm occúrrunt mihi, clyſtéres et potiónes. *A.* Quid iſta cónferunt? *B.* Eho, inépte, rogas, quaſi ego ſim perítus medicínæ, itaque ſi cupis ſcire ámplius, ipſe quære pótiùs ab iis, qui profiténtur iſta, hoc eſt, à médicis et pharmacopólis. *A.* Ne ſuccénſeas mihi óbſecro. *B.* Cur tu es ádeò curioſus. *A.* Ut ſemper ediſcam áliquid. *B.* At ínterim vide ne vocéris percontátor. *A.* Tamen audi pauca. *B.* Lóquere. *A.* Quamdiù

A. Quamdiù ægrotavit mater?

B. Ferè duas hebdomadas.

A. Ubi intereà pater erat?

B. Profectus erat Lugdunum ad mercatum.

A. Sed quâ horâ in ſcholam rediiſti?

B. Hodie manè.

A. Dediſtine præceptori excuſationem?

B. Dedi.

A. Quid tibi reſpondit?

B. Bene factum, inquit; ſed ubi fuiſti?

A. Heri rus ivi cum patruo meo.

B. Age, videamus quid horâ ſecundâ reddituri ſimus, nam ego quodam modo ſum novus diſcipulus.

ORDO.

diù mater ægrotávit? *B.* Ferè duas hebdómadas. *B.* Ubi erat pater intéreà? *B.* Erat profectus Lugdúnum ad mercátum. *A.* Sed quâ horâ redivíſti in ſcholam? *B.* Hódiè manè. *A.* Dediſtíne excuſatiónem præceptóri? *B.* Dedi. *A.* Quid reſpóndit tibi? *B.* Inquit, benè factum; ſed ubi fuíſti? *A.* Heri ivi rus cum meo pátruo. *B.* Agè, videámus quid ſimus reditúri ſecúndâ horâ, nam ego ſum novus diſcípulus quodam modo.

COLL. LVII.

A. QUID cogitas? cave tibi, obſecro.

B. Quid mihi caveam?

A. Ne in morbum incidas.

B. Ex quâ causâ?

A. Ex lusûs intemperantiâ.

B. Unde periculum appareat?

A. Quia totus æſtuas, totus ſudore mades.

B. Me rectè admones, et in tempore; profectò non ſentiebam.

A. Deſiſte, ſi me audis.

B. Quis tam fidele conſilium reſpuat?

A. Faciem ſudariolo deterge, et celeriter te indue, ne ſubitum frigus contrahas.

B. Habeo tibi gratiam, nam morbis obnoxius ſum.

A. Quid

ORDO.

A. Quid cógitas? cave tibi, óbſecro. *B.* Quid cáveam mihi? *A.* Ne incidas in morbum. *B.* Ex quâ causâ? *A* Ex intemperántiâ lusûs. *B.* Unde períeulum appáret? *A.* Quia totus æſtuas, totus mades ſudóre. *B.* Admónes me rectè, et in témpore; profectò non ſentiébam. *A.* Desíſte, ſi audis me. *B.* Quis réſpuat tam fidéle consílium? *A.* Detérge faciem ſudariolo, et indue te celériter, ne cóntrahas súbitum frigus. *B.* Hábeo grátiam tibi, nam ſum obnóxius morbis.

A. Quid eſt cauſæ?

B. Valetudinis meæ infirmitas; nam vides quàm imbecillo corpore ſum.

A. Tanto magis tibi cavere debes.

B. Iſtud probè novi, et pater me ſæpiſſime monet; ſed quid agas? naturâ proni ſumus in perniciem noſtram.

A. Voluptati non eſt ſerviendum, ſed valetudini temperantiâ conſulendum eſt.

B. Memini Catonis carmen in eam ſententiam.

A. Ego memini quoque; jam es indutus ſatis, non opus eſt, ut hìc diutiùs moreris.

B. Vale, monitor amiciſſime.

A. Vin' tu ut te domum deducam?

B. Nihil opus eſt; ego bellè me habeo, Dei beneficio.

ORDO.

A. Quid cauſæ eſt? *B.* Infirmitas meæ valetúdinis; nam vides quàm imbecíllo córpore *ego* ſum. *A.* Tanto màgis debes cavére tibi. *B.* Novi iſtud probè, et pater monet me ſæpíſſimè; ſed quid agas? ſumus proni natúrâ in noſtram perníciem. *A.* Non eſt ſerviéndum voluptáti, ſed eſt conſuléndum valetúdini temperántiâ. *B.* Mémini carmen Catónis in eam ſenténtiam. *A.* Ego mémini quoque; jam es indútus ſatis, non eſt opus, ut moréris hìc diútiùs. *B.* Vale, amiciſſime mónitor. *A.* Viſne tu ut dedúcam te domum? *B.* Eſt nihil opus, ego hábeo me bellè, beneficio Dei.

COLL. LVIII.

A. OBSECRO te, da mihi pauliſper operam.

B. Quid eſt illud?

A. Neſcio quid in oculum meum incidit, quod me valdè malè habet.

B. In utrum oculum incidit?

A. In dextrum.

B. Vis inſpiciam?

A. Inſpice, obſecro te.

B Aperi quantum potes, et immotum tene.

A. Nictu continere non poſſum.

B. Mane, egomet manu ſiniſtrâ tenebo.

A. Ecquid vides?

B. Video aliquid minutum!

A. Ex-

ORDO.

A. Obſecro te, da mihi óperam paulíſper. *B.* Quid eſt illud? *A.* Néſcio quid íncidit in meum óculum, quod habet me valdè malè. *B.* In utrum óculum íncidit? *A.* In dextrum. *B.* Vis *ut* inſpíciam? *A.* Inſpice, óbſecro te. *B.* Aperi quantum potes, et tene *eum* immótum. *A.* Non poſſum continére nictu. *A.* Ecquid vides? *B.* Vídeo áliquid minútum.

A. Exime,

A. Exime, quæſo, ſi potes.

B. Exemi.

A. O factum bene! quid eſt?

B. Cerne tu ipſe.

A. Eſt mica pulveris.

B. Et quidem adeò exigua, ut vix cerni poſſit.

A. Vide quantum doloris tam exigua res oculis adferat.

B. Haud mirum quidem, nam nullum ex membris exterioribus dicitur oculo tenerius eſſe.

A. Inde etiam fit, ut experiamur nihil nobis eſſe carius.

B. Deus hoc approbat, cùm de ſuâ in Judæos charitate loquens, ſic ait, qui vos tangit, mei oculi pupillam tangit.

A. Nonne meus oculus rubet?

B. Aliquantulùm, quia fricuiſti.

A. Credin' mihi adhuc dolere?

B. Quidni credam, qui toties talem moleſtiam expertus ſum.

A. Experientia eſt rerum magiſtra.

B. Ita vulgò creditur.

A. Quid præmii iſti medico pro labore dabo?

B. Quantum ſumus pacti?

A. Concluſio eſt brevis, ergo nihil; ſed tamen tibi gratiam habeo.

ORDO.

A. Exime, quæſo, ſi potes. *B.* Exémi. *A.* O benè factum! quid eſt? *B.* Tu ípſe cerne. *A.* Eſt mica púlveris. *B.* Et quidem ádeo exígua, ut vix poſſit cerni. *A.* Vide quantum dolóris tam exígua res ádferat óculis. *B.* Haud *eſt* mirum quidem, nam nullum ex exterióribus membris dícitur eſſe tenérius óculo. *A.* Indè etiam fit, ut experiámur nihil eſſe cárius nobis. *B.* Deus ápprobat hoc, cùm loquens de ſuâ charitáte in Judæos, ait ſic, qui tangit vos, tangit pupíllam mei óculi. *A.* Nonne meus óculus rubet? *B.* Aliquántulum, quia fricuíſti. *A.* Crediſne *eùm* adhuc dolére mihi? *B.* Quidni credam, qui ſum expértus talem moléſtiam tótiès. *A.* Experiéntia eſt magiſtra rerum. *B.* Ita créditur vulgò. *A.* Quid præmii dabo iſti médico pro labóre? *B.* Quantum ſumus pacti? *A.* Conclúſio eſt brevis, ergò nihil; ſed tamen hábeo grátiam tibi.

COLL. LIX.

A. QUID modò cum præceptore agebas?

B. Si ſcire cupis, illum percontare.

A. Cur me celas?

B. Ne palam facias. *A.*

ORDO.

A. Quid agébas modò cum præceptóre? *B.* Si cupis ſcíre, percontáre illum. *A.* Cur celas me? *B.* Ne fácias *id* palam.

A. Non te rogo, mihi crede, ut id proferam; nam quid proficerem?

B. Quamobrem igitur tam cupidè rogas?

A. Ut gaudeam tacitus mecum, ſi quid boni audieris.

B. Itane paratus venis, ut a me extorqueas, quod mihi uni eſt creditum, idque a præceptore?

A. Quod mihi dixeris, ſurdo et muto dixeris.

B. Egone meum tergum in fidem tuam committam?

A. Potes profectò, et quidem ſine periculo.

B. Nunquam tam commodè dices, ut iſtud mihi perſuadeas.

A. Dabo fidem me taciturum.

B. Etiamſi ter quaterve ſanctiſſimè juraveris, non prodam, proindè deſiſte percontari.

A. Hem! ubi noſtra amicitia eſt?

B. Neſcis illud dictum ſapientis? quod velis eſſe tacitum nemini dixeris.

A. Audivi aliquoties, ſed quod amico dictum eſt, nemini dictum videtur; nam amicus eſt quaſi alter idem.

B. Eadem tibi dicet, qui ex re ſcire volet, et item alius, atque ita perveniet ad omnium aures? itaque, ſi vis me poſthac eſſe tibi amicum, miſſum me facito.

A. Non ſum imperator, ut te miſſum faciam.

B. Pergin' eſſe moleſtus?

A. Malim abire, quam tibi moleſtiam exhibere.

ORDO.

A. Crede mihi, non rogo te ut proferam id; nam quid proficerem? *B.* Quamobrem igitur rogas tam cupidè? *A.* Ut tacitus mecum gaudeam, ſi audiveris quid boni. *B.* Veniſne ita paratus, ut extorqueas a me, quod eſt creditum mihi uni, idque a præceptore. *A.* Quod dixeris mihi, dixeris ſurdo et muto. *B.* Egone committam meum tergum in tuam fidem? *A.* Profectò potes, et quidem ſine periculo. *B.* Nunquam dices tam commodè, ut perſuadeas mihi iſtud. *A.* Dabo fidem me tacitúrum. *B.* Etiamſi juraveris ſanctiſſimè ter quaterve, non prodam *id*, proinde deſiſte percontari. *A.* Hem! ubi eſt noſtra amicitia? *B.* Neſcis illud dictum ſapientis! quod velis eſſe tacitum dixeris nemini. *A.* Audivi aliquotiès, ſed quod eſt dictum amico, videtur *eſſe* dictum nemini; nam amicus eſt quaſi alter idem. *B.* Dicet eadem tibi, qui volet ſcire ex te, et item alius, atque ita pervéniet ad aures omnium; itaque, ſi vis me eſſe amicum tibi poſthac, facito me miſſum. *A.* Non ſum imperator, ut faciam te miſſum. *B.* Pergiſne eſſe moleſtus? *A.* Malim abire, quàm exhibere moleſtiam tibi.

COLL. LX.

B. UBI eſt natu maximus frater?

B. Ivit in militiam.

A. Quid ais? in militiam?

B. Sic res eſt.

A. Valedixit igitur literis.

B. Jampridem tædebat eum literarum.

A. Quid ita?

B. Neſcio, niſi quia liberiùs vivere volebat.

A. Quare permiſit pater?

B. Profectus eſt, patre abſente, matre invitâ.

A. O adoleſcentem miſerum!

B. Imò verè miſerrimum.

A. Quid faciet?

B. Id quod cæteri, qui illud vitæ genus sequuntur, nempe, ſpoliabit, rapiet, lude aleâ, potabit, ſcortabitur.

A. Eſtne iſthæc vita militum?

B. Omninò.

A. Unde iſtud ſcis?

B. Nuper ex patre audivi, cum cœnaremus.

A. Quorsùm talia narrabat?

B. Docebat nos, nihil tutius eſſe quàm Deum timere, qui parvulos cuſtodit, et eos paulatim in viam rectam inducit.

A. Præceptor ipſe ſæpe nos de his rebus admonet.

B. Tanto magis ſoliciti debemus eſſe, ut parentes et præceptores amemus, quorum operâ Deus ad inſtitutionem noſtram utitur.

A. Utinam utriſque præſtemus quod ipſe in lege ſuâ nobis præcepit.

B. Ita faxit Deus.

ORDO.

A. Ubi eſt frater máximus natu? *B.* Ivit in milítiam. *A.* Quid ais! in milítiam? *B.* Sic res eſt. *A.* Valedíxit líteris ígitur? *B.* Jamprídem tædébat eum literárum. *A.* Quid ita? *B.* Neſcio, niſi quia volébat vívere libériùs. *A* Quare pater permíſit? *B.* Eſt profectus, patre abſénte, matre invítâ. *A.* O miſerum adoleſcéntem! *B.* Imò verò miſérrimum. *A.* Quid fáciet? *B.* Id quod cæteri *fáciunt*, qui ſequúntur illud genus vitæ, nempe, ſpoliábit, rápiet, ludet áleâ, potábit, ſcortábitur. *B.* Eſtne iſthæc vita mílitum? *B.* Omnínò. *A.* Unde ſcis iſtuc? *B.* Nuper audívi ex patre, cùm cœnarémus. *A.* Quorsùm narrábat tália? *B.* Docébat nos, nihil eſſe tútius quàm timére Deum, qui cuſtódit párvulos, et indúcit eos paulátim in rectam viam. *A.* Præcéptor ipſe admónet nos ſæpe de his rebus. *B.* Tanto magis debémus eſſe ſolíciti, ut amémus paréntes et præceptóres, quórum operâ Deus útitur ad noſtram inſtitutiónem. *A.* Utinam præſtémus utríſque quod ipſe præcépit nobis in ſuâ lege. *B.* Deus faxit ita.

COLL. LXI.

A. FUISTINE hodie in foro?

B. Fui.

A. Quando?

B. Poſt concionem ſacram.

A. Quid nobis emiſti?

B. Ferè nihil.

A. Sed quid?

B. Butyrum.

A. Quanti?

B. Quadrante.

A. Tantillum?

B. Non auſus ſum amplius emere.

A. Quid timebas?

B. Ne non eſſet bonum.

A. Prudenter ſatis feciſti.

B. Cur iſtud dicis?

A. Quia malim te eſſe timidiorem in hac re, quàm audaciorem.

B. Sed nunquid emiſti prætereà?

A. Nihil.

B. Eho! nihilne?

A. Nihil prorſus.

B. Vah! quàm parcè nobis opſonatus es!

A. Quid aliud potuiſſem emere?

B. Quaſi neſcias quibus cibis oblectari ſoleam.

A. Scio te amare caſeum molliuſculum, et pyra, et alios fructus recentes.

B. Dicis rectè, cur igitur non emiſti?

A. Caſeus erat carior pro noſtrâ pecuniolâ.

B. Quid fructus?

A. Alii non ſatis maturi erant, de aliis dubitavi, ne eſſent boni.

B. Miſer, non poteras guſtare?

A. Atqui mulieres iſtæ permittunt nihil guſtare, niſi te empturum affirmes.

B. Nihil

ORDO.

A. Fuiſtíne hódiè in foro? *B.* Fui. *A.* Quando? *B.* Poſt ſacram conciónem. *A.* Quid emíſti nobis? *B.* Ferè nihil. *A.* Sed quid? *B.* Butyrum. *A.* Quanti? *B.* Quadránte. *A.* Tantíllum? *B.* Non ſum auſus émere ámplius. *A.* Quid timébas? *B.* Ne non eſſet bonum. *A.* Feciſti prudénter ſatis. *B.* Cur dicis iſtud? *A.* Quia malim te eſſe timidiórem in hâc re, quàm audaciórem. *B.* Sed nunquid emíſti prætéreà? *A.* Nihil. *B.* Eho! nihílne? *A.* Nihil prorſus. *B.* Vah! quàm parcè es opſonátus nobis! *A.* Quid áliud potuíſſem émere? *B.* Quaſi néſcias quibus cibis ſóleam oblectári. *A.* Scio te amáre molliúſculum cáſeum, et pyra, et álios recéntes fructus. *B.* Dicis rectè, cur ígitur non emíſti? *A.* Cáſeus erat cárior pro noſtrâ pecuníolâ. *B.* Quid fructus? *B.* Alii non erant matúri ſatis, dubitávi de áliis, ne eſſent boni. *B.* Miſer, non póteras guſtáre? *A.* Atqui iſtæ mulieres permíttunt guſtáre nihil, niſi affirmes

B. Nihil mirum, nam multi tantùm animi causâ guſtarent, eſto igitur aliàs ſapientior.

A. Quomodò?

B. Si fructum aliquem pulchrum videris, aliquantulum denariolo eme, ut periculum facias.

A. Quid tum?

B. ſi tibi placuerit, tum amplius emito; ſin minus, relinquito, et alio te conferto.

A. Eſt bona cautio.

B. Memineris igitur, ut poſteà utaris.

A. Ego, ut ſpero, diligenter meminero? nunquid vis prætereà?

B. Ut ea, quæ tui ſunt officii, cures, ac deinde ſtudiis incumbas.

ORDO.

affirmes te *eſſe* emptúrum. *B.* Nihil mirum, nam multi guſtárent causâ animi, ígitur eſto ſapiéntior áliàs. *A.* Quómodo? *B.* Si víderis áliquem pulchrum fructum, eme aliquántulum denaríolo, ut fácias periculum. *A.* Quid tum? *B.* Si placuérit tibi, tum émito ámplius; ſin minùs, relinquito, et conférto te álio. *A.* Eſt bona cautio. *B.* Memíneris ígitur, ut utáris póſteà. *A.* Ego. memínero diligéntèr, ut ſpero; nunquid vis prætéreà? *B.* Ut cures ea, quæ ſunt tui officii, ac deínde incúmbas ſtúdiis.

COLL. LXII.

A. REVERTERIS hodie tantùm a villâ?

B. Tantùm hodiè, idque paulò ante prandium.

A. Atqui dixeris te biduum modò illic futurum.

B. Ita fore ſperabam, et ſic pater promittebat.

A. Quid igitur obſtitit, quò minùs citiùs redieris?

B. Mater me detinuit, tametſi eam cum lachrymis obſecrabam, ut me miſſum faceret.

A. Sed cur te tamdiu remorata eſt?

B. Ut eam in reditu comitarer.

A. Quid intereà agebas?

B. Fructus

ORDO.

A. Revérteris tantùm hódiè a villâ? *B.* Tantùm hodiè, idque paulò ante prándium. *A.* Atqui díxeris te futúruw illic modò bíduum. *B.* Sperábam fore ita, et ſic pater promittébat. *A.* Quid óbſtitit ígitur, quo minùs redíveris cítiùs? *B.* Mater detínuit me, tamétſi obſecrábam eam cum láchrymis, ut fáceret me miſſum. Sed cur eſt remoráta te tamdiù? *B.* Ut comitárer eam in réditu. *A.* Quid agébas intéreà?

B. Col-

B. Fructus cum noſtris ruſticis colligebam.

A. Quos fructus?

B. Quaſi fructus autumnales tibi non ſint noti, pyra, mala, juglandes caſtaneæ.

A. O jucunda exercitatio!

B. Non ſolùm jucunda eſt, ſed etiam frugifera.

A. Sed hoc malum eſt, quòd interim fructus, quinque aut ſex prælectionum periit.

B. Non omninò periit, pro viribus curabo, ut áliquâ ex parte recuperem.

A. Quid facies?

B. Deſcribam quàm diligentiſſimè potero.

A. Et quid tum?

B. Ipſam authoris orationem ediſcam.

A. Sed ſenſum ejus non ſatis intelliges.

B. Præceptoris interpretatio me juvabit, ut ſenſum magnâ ex parte aſſequar.

A. Nec tamen id ſatis erit.

B. Tu mecum aderis, ſi placet, per otium, ut unâ conferamus.

A. Equidem libenter faciam, ſed iſtud non ſufficiet.

B. Non amplius facere poſſum.

A. Quanto præſtitiſſet magiſtrum audire?

B. Sanè multo præſtiterat; ſed quando culpâ meâ non contigit, meipſum in hâc parte accuſare non poſſum.

A. Rectè dicis; fac igitur animum bonum habeas; nam quòd ego tecum pluribus verbis de hâc re diſputavi, non feci, ut ideò te in deſperationem adducerem, ſed totum illud

ORDO.

B. Colligébam fructus cum noſtris rúſticis. *A.* Quos fructus? *B.* Quaſi autumnális fructus non ſint noti tibi, pyra, mala, juglándes, caſtáneæ. *A.* O jucúnda exercitátio! *B.* Eſt non ſolùm jucúnda, ſed etiam frugífera. *A.* Sed hoc eſt malum, quòd ínterim fructus quinque aut ſex prælectiónum períit. *B.* Non omnínò períit, curábo pro víribus, ut recúperem ex áliquâ parte. *A.* Quid fácies? *B.* Deſcríbam quàm diligentíſſimè pótero. *A.* Et quid tum? *B.* Ediſcam ipſam oratiónem authóris. *A.* Sed non intélliges ejus ſenſum ſatis. *B.* Interpretátio præceptóris juvábit me, ut aſſéquar ſenſum ex magnâ parte. *A.* Nec tamen id erit ſatis. *B.* Tu áderis mecum per ótium, ſi placet, ut conferámus unà. *A.* Equidem fáciam libénter, ſed iſtud non ſufficiet. *B.* Non poſſum facere ámpliùs. *A.* Quanto præſtitíſſet audíre magiſtrum ipſum? *B.* Sane præſtíterat multo; ſed quando non cóntigit meâ culpâ, non poſſum accusáre meípſum in hâc parte. *B.* Dicis rectè; fac ígitur *ut* hábeas bonum ánimum; nam quòd ego diſputávi tecum plúribus verbis de hâc re, non feci,

illud est profectum ex meo in te singulari amore.

B. Illud mihi non est dubium, quo fit, ut tibi majorem gratiam habeam.

A. Sed ecce tintinnabulum nos ad cœnam vocat.

ORDO.

feci, ut ideò adducerem te in desperationem, sed totum illud est profectum ex meo singulari amore in te. *B.* Illud non est dubium mihi, qui fit, ut habeam majorem gratiam tibi. *A.* Sed ecce tintinnabulum vocat nos ad cœnam.

COLL. LXIII.

A. AUDIVI patrem tuum hodiè ad gymnasium venisse.

B. Verum audivisti.

A. Quâ gratiâ venit?

B. Ut præceptori pecuniam pro alimentis numeraret, et simul ut me illi commendaret.

A. Nunquamne anteà te commendaret?

B. Imò sæpissimè.

A. Quid sibi vult istâ tam frequenti commendatione?

B. Amat me.

A. Quid tum?

B. Ideò me diligenter eruditi cupit.

A. Quid si commendat, ut sæpiùs vapules?

B. Ea est fortasse causa; sed quid tum? Non minùs me propterea diligit.

A. Unde istud colligis?

B. Quia correctio puero est tam necessaria, quàm alimentum.

A. Verum quidem dicis, sed pauci ita judicant; nam nemo est, quin panem quàm virgam habere malit.

B. Istud omnibus est naturale, quis negat? sed tamen pœna patienter ferenda est, præsertim pœna justa.

A. Sic

ORDO.

A. Audívi tuum patrem veníſſe ad gymnáſium hódiè. *B.* udiviſti verum. *A.* Quâ grátia venit? *B.* Ui numeráret ecúniam præceptóri pro aliméntis, et ſimul ut commendáret e illi. *A.* Nunquámne commendáverat te ánteà. *B.* Imò epíſſimè. *A.* Quid vult ſibi iſtâ tam frequénti commendáti- ne? *B.* Amat me. *A.* Quid tum? *B.* Ideò cupit me eru- ri diligénter. *A.* Quid ſi commendat, ut vápules ſæpiùs? . Fortaſſe ea eſt cauſa; ſed quid tum? non díligit me mi- ùs proptéreà. *A.* Unde cólligis iſtud? *B.* Quia correctio eſt m neceſſária púero, quàm aliméntum. *A.* Dicis verum qui- m, ſed pauci júdicant ita; nam eſt nemo, quin malit ha- re panem quàm virgam. *B.* Iſtud eſt naturále ómnibus, quis

A. Sic habemus in Diſtichorum Moralium libello.

B. Quid ſi pœna ſit injuſta?

A. Ea quoque nihilominus eſt patienda.

B. Cujus causâ?

A. Propter Jeſum Chriſtum, qui pro noſtris peccatis mortem injuſtiſſimam et acerbiſſimam tulit.

B. Utinam id in mentem veniat, quoties aliquid patimur.

A. Præceptor nos id ſæpe monet, quoties occaſio occurrit? ſed narrat fabulam ſurdis, ut in proverbio eſt.

B. Ergo operam demus, ut in poſterum ſimus diligentiores.

A. Deus faxit.

ORDO.

quis negat? ſed tamen pœna eſt ferénda patiénter, præsértim juſta pœna. *A.* Sic habémus in libéllo Morálium Diſtichórum. *B.* Quid ſi pœna ſit injúſta? *A.* Ea eſt patiénda quoque nihilóminùs. *B.* Cujus causâ? *A.* Propter Jeſum Chriſtum, qui tulit injuſtíſſimam et acerbíſſimam mortem pro noſtris peccátis. *B.* Utinam id véniat in mentem, quóties pátimur áliquid. *A.* Præcéptor monet nos id ſæpe, quóties occáſio occúrrit; ſed narrat fábulam ſurdis, ut eſt in provérbio. *B.* Ergo demus óperam, ut ſimus diligentióres in póſterum. *A.* Deus faxit.

COLL. LXIV.

A. TU igitur cras, ut audio, diſceſſurus es.

B. Cras, ſi Dominus permiſerit.

A. Eho! cur tam citò?

B. Pater urget me.

A. Imò tu urges patrem.

B. Itane tibi videtur? quomodò patrem urgere poſſum?

A. Aſſiduâ miſſione literarum.

B. Scripſi ſemel tantùm vacationem Scholaſticam inſtare.

A. Quando literas miſiſti?

B. Hebdomade ſuperiore.

A. Quo die?

B. Veneris.

A. Quid facies domi?

B. Inſta

ORDO.

A. Tu es diſceſsúrus cras ígitur, ut aúdio. *B.* Cras, ſi Dóminus permíſerit. *A.* Eho! cur tam citò? *B.* Pater urget me. *A.* Imò tu urges patrem. *B.* Videtúrne tibi ita? quómodo poſſum urgére patrem? *A.* Aſsíduâ miſſióne literárum. *B.* Scripſi tantùm ſemel ſcholáſticam vacatiónem inſtáre. *A.* Quando misísti líteras? *B.* Superióre hebdómade. *A.* Qu die? *B.* *Die* Véneris. *A.* Quid fácies domi? *B.* Vindémi inſta

B. Inſtat vindemia, interim fructus colligendi ſunt.

A. Poteras expectare diem dimiſſionis.

B. Neſcio quando futurus ſit.

A. Spero ad finem proximæ hebdomadis.

B. Sed iſtud in arbitrio noſtro non eſt poſitum.

A. Nec in præceptoris quidem.

B. Cujus igitur?

A Dei ſolius, qui conſilia hominum nutu ſuo gubernat.

B. Atqui interdum Satanas gubernare videtur.

A. Quantum ipſi permittit Deus; ſed iſta ſapientioribus relinquamus.

B. Tutius eſt; nam proverbium monet, ne ſuto ultra crepidam.

A. Audivimus iſtud ſæpe ex præceptore.

B. Idem quoque docuit nos ſæpe illam Pauli ſententiam, noli altum ſapere, ſed time.

A. Illud etiam in ore frequenter habet, ne quæſiveris altiora.

B. Sed audin' ſignum ad cœnam dari?

A. Tintinnabulum adhac aures meas pulſat.

B. Eamus in aulam.

A. Salutabo te cras, ante diſceſſum.

ORDO.

inſtat, interim fructus ſunt colligéndi. *A.* Póteras expectáre diem dimiſſiónis. *B.* Néſcio quando ſit futúrus. *A.* Spero ad finem próximæ hebdómadis. *B.* Sed iſtud non eſt póſitum in noſtro arbítrio. *A.* Nec in *arbítrio* præceptóris quídem. *B.* Cujus *arbítrio* ígitur? *A.* Dei sólius, qui gubérnat consília hóminum ſuo nutu. *B.* Atqui intérdum Satánas vidétur gubernáre. *A.* Quantum Deus permíttit ipſi; ſed relinquámus iſta ſapientióribus. *B.* Eſt tútius; nam provérbium monet, ne ſutor ultra crépidam. *A.* Audívimus iſtud ſæpe ex præceptóre. *B.* Idem *præcéptor* docuit nos ſæpe illam ſenténtiam Pauli, noli ſápere altum, ſed time. *A.* Habet étiam illud in ore frequénter, ne quæsíveris altióra. *B.* Sed audíſne tu ſignum dari ad cœnam? *A.* Tintinnábulum pulſat meas aures adhuc. *A.* Eámus in aulam. *B.* Salutábo te cras, ante diſcéſſum.

COLL. LXV.

A. CUR hic piſa diſpergebas?

B. Quando?

A. Poſt prandium.

B. Animi

ORDO.

A. Cur diſpergébas piſa hîc? *B.* Quando. *A.* Poſt prándium.

B. Animi causá id faciebam.

A. Sed unde illa pisa habuisti?

B. Accepi e conchâ, ubi repositа fuerunt, ut die crastino coquerentur.

A. Debuistin' animi causâ malum facere?

B. Id non putabam esse malum.

A. An non est malum panem pedibus conculcare?

B. Nollem istud facere,

A. Cur nolles?

B. Quia panis nobis maximè necessarius est.

B. Deus et pisa creavit, et cætera quæ in usum nostrum eduntur.

B. Non ignoro illud, quin etiam pisis libenter vescor, si bene cocta et condita sint.

A. Prætereà, vellesne rebus tuis abuti?

B. Minimè.

A. Tanto minùs alienis abuti debes.

B. Istud satis intelligo.

A. Ergò non rectè fecisti.

B. Non recte fateor, tamen non malo animo.

A. Cur igitur fecisti?

B. Mea ineptia ad illud me incitavit.

A. Quid meruisti?

B. Plagas.

A Dicis rectè; sed opinor, non ex animo.

B. Imò certè; oro, ne me accuses.

A. Quandoquidem sponte fateris, non accusabo; nam præceptor sæpissimè dixit, se sic velle.

B. Quid ille dixit?

A. Ut neminem, qui lubens culpam agnoverit, de levioribus istis ad eum deferamus.

ORDO.

B. Faciébam id causá ánimi. *A.* Sed unde habuísti illa pisa? *B.* Accépi e conchâ, ubi fuérunt repósita, ut coquerèntur crástino die. *A.* Debuistíne fácere malum causâ ánimi? *B.* Non putábam id esse malum. *A.* An non est malum conculcáre panem pédibus? *B.* Nollem fácere istud. A. Cur nolles? *B.* Quia panis est máximè necesśarius nobis. *A.* Deus creávit et pisa, et cætera, quæ edúntur in nostrum usum. *B.* Non ignóro illud, quin étiam vescor pisis libénter, si sint benè cocta et condita. *A.* Prætéreà, vellésne abúti tuis rebus? *B.* Mínimè. *A.* Tanto minùs debes abúti aliénis *rebus*. *B.* Intélligo istud satis. *A.* Ergo non fecísti rectè. *B.* Non rectè fáteor, tamen non malo ánimo. *A.* Cur fecísti igitur? *B.* Mea inéptia incitávit me ad illud. *A.* Quid meruísti? *B.* Plagas. *A.* Dicis rectè; sed opínor, non ex ánimo. *B.* Imò certè? oro, *ut* ne accúses me. *A.* Quandóquidem fatéris sponte, non accusábo; nam præcéptor dixit sæpíssimè, se velle sic. *B.* Quid ille dixit? *A.* Ut deferámus néminem ad eum de istis levióribus, qui lubens agnóverit culpam.

COLL.

COLL. LXVI.

A. QUO genere ludi te hodie exercuisti?

B. Juglandium ludo.

A. Ecquid lucri fecisti?

B. Imò perdidi.

A. Tum fortuna tibi adversa fuit.

B. Nescio quæ fortuna, tantùm scio id meâ culpâ accidisse, sed Deo ita volente.

A. Cur Deus id voluit?

B. Fortasse ut hinc discam graviora ferre, cùm acciderint.

A. Quasi Deus puerorum lusiones curet.

B. Curat profectò, quinetiàm nihil fit in rerum naturâ sine providentiâ Divinâ.

A. Siccine philosopharis? quisnam te ista docuit?

B. Nonne tute ex concionatore nostro audivisti?

A. Fieri potest, ut audiverim, sed quid agam? fluxa est memoria.

B. Nimirum, quia non exerces.

A. Quomodò est exercenda?

B. Primùm attentione diligenti, hoc est diligenter advertendo ea quæ audivimus aut legimus; deinde eadem sæpe repetendo; denique alios docendo, quæ ipsi didicimus.

A. Ista nobis sæpe a præceptore inculcantur; sed, me miserum! quàm supina est hæc negligentia mea!

B. Sic sumus omnes, nisi ille Dei Spiritus nos excitet.

A. Quid igitur faciam?

B. Ex-

ORDO.

A. Quo génere ludi exercuísti te hódiè? *B.* Ludo júglándium. *A* Fecísti ecquid lucri? *B.* Imò pérdidi. *A.* Tum fortúna fuit advérsa tibi. *B.* Néscio quæ fortúna, tantùm scio id accidísse meâ culpâ, sed Deo volènte ita. *A.* Cur Deus vóluit id? *B.* Fortásse ut hinc discam ferre gravióra, cum accíderint. *A.* Quasi Deus curet lusiónes puerórum. *B.* Curat profectò, quinétiam nihil fit in natúrâ rerum fine Divinâ providéntiâ. *A.* Síccine philosophàris? quisnam docuit te ista? *B.* Nonne tute audivísti ex nostro concionatore? *A.* Potest fieri, ut audíverim, sed quid agam? memoria est fluxa. *B.* Nimírum, quia non exérces. *A.* Quómodò est exercénda? *B.* Primùm diligénti attentióne, hoc est, adverténdo ea diligénter, quæ audívimus aut légimus: deínde repeténdo éadem sæpe; dénique docéndo álios, quæ ipsi didícimus. *B.* Ista inculcántur nobis sæpe a præceptóre; sed, míserum me! quàm supína est hæc mea negligéntia! *B.* Sic sumus omnes, nisi ille Spíritus Dei excitet nos. *A.* Quid fa-

B. Expergiſcere, aſſiduè Deum precâre, vigilans eſto, pravos fugito, cum bonis verſare.

A. Quid tandem conſequar?

B. Rogas? ſi moribus iſtis aſſueveris, Dominus Deus ſuâ clementiâ tui miſerabitur, et ſenties tuum animum brevi immutatum.

A. O quàm opportunus fuit hic congreſſus!

B. Obſecro te, ut ſæpiùs colloquamur.

ORDO.

ciam ígitur? *B.* Expergíſcere, precâre Deum aſſiduè, eſto vígilans, fúgito pravos, verſáre cum bonis. *A.* Quid cónſequar tandem? *B.* Rogas? ſi aſſuéveris *te* iſtis móribus, Dóminus Deus miſerábitur tui ſuâ cleméntiâ, et sénties tuum ánimum immutátum brevi *témpore*. *A.* O quàm opportúnus hic congréſſus fuit! *B.* Obsécro te, ut colloquámur ſæpiùs.

COLL. LXVII.

A. DEMIROR tuam negligentiam.

B. Quâ in re tandem?

A. Quòd non cures te diligentiùs.

B. Ego fortaſſe me nimis curo, edo, bibo, dormio ſatis, prætereà capillum pecto, manus lavo, faciem, dentes, oculos, hæc manè præcipue; quinetiam, cùm tempus poſtulat, corpus exerceo, animum relaxo, et cum cæteris ludo; quid amplius vis?

A. Mittamus iſta; ea non ſunt quæ in te reprehendo.

B. Quid igitur?

A Veſtimenta tua a calce ad verticem circumſpice, nihil integrum invenies, omnia lacerata et obſoleta ſunt, iſta profectò genus veſtrum non decent.

B. Loqueris equidem ut libet; quòd ſi parentes tam procul remotos haberes, fortaſſe

ORDO.

A. Demíror tuam negligéntiam. *B.* In quâ re tandem? *A.* Quòd non cures te diligéntius. *B.* Fortáſſe ego curo me nimis, edo, bibo, dórmio, ſatis, prætéreà pecto capíllum, lavo manus, fáciem, dentes, óculos, hæc præcípuè manè; quinétiam cùm tempus póſtulat, exérceo corpus, reláxo ánimum, et ludo cum cæteris; quid ámplius vis? *A.* Mittámus iſta; ea non ſunt quæ reprehéndo in te. *B.* Quid ígitur? *A.* Circúmſpice tua veſtiménta a calce ad vérticem, invénias nihil integrum, ómnia ſunt laceráta et obſoléta, profectò iſta non decent veſtrum genus. *B.* Equidem lóqueris ut

taſſe non eſſes elegantior; ſi pecuniam haberem, non paterer me uſque adeo pannoſum eſſe.

A. Nec adeò negligentiâ cares; nam cur non alicundè mutuo petis?

B. Unde peterem?

A. Si non alicundè, certè a præceptore poſſes.

B. Quid ſi dare nollet?

A Nulli e domeſticis diſcipulis denegat, ſiquidem opus eſſe videt.

B. Non iſtud ignoro, ſed ſum verecundior.

A. Ah! iſte pudor ruſticus eſt.

B. Tamen malo verecundus quàm impudens eſſe.

A. Verecundia, ut quidam dixit, eſt bonum ſignum in adoleſcente, ſed mediocritas ubique adhibenda eſt.

B. Ego eo ſum ingenio ut quempiam offendere verear.

A. Ingenium laudo, ſed eſt modus in rebus; nam ille offendendi metus in rebus turpibus aut indecoris locum habere debet, ſed hic nihil tale video.

B. In ſocietate hominum uſitatum eſt, ut mutâ operâ indigeant, quis igitur mihi dabis vitio, ſi ab amicis petam?

A. Nemo reprehendet, niſi fortaſſe cjuſmodi rebus abuti velis; ſed quantùm ego te novi, tu nolles abuti.

B. Apage abuſum iſtum; tibi pro conſilio tuo maximas gratias habeo.

ORDO.

ut libet; quòd ſi habéres paréntes tam procul remótos, fortáſſe non eſſes elegántior; ſi habérem pecúniam, non páterer me eſſe uſquè ádeò pannóſum, *A.* Nec ídeò cares negligéntiâ; nam cur non petis aliúnde mútuo? *B.* Unde péterem? *A.* Si non aliúnde certè poſſes *pétere* a præceptóre. *B.* Quid ſi nollet dare? *A.* Dénegat nulli e doméſticis diſcipulis, ſiquidem videt eſſe opus. *B.* Non ignóro iſtud, ſed ſum verecúndior. *A.* Ah! iſte pubor eſt rúſticus. *B.* Tamen malo eſſe verecúndus quàm ímpudens. *A.* Ut quidam dixit, verecúndia eſt bonum ſignum in adoleſcénte, ſed mediócritas eſt adhibénda ubíque. *B.* Ego ſum eo ingénio, ut vérear offéndere quémpiam. *A.* Laudo ingénium, ſed eſt modus in rebus; nam ille metus offendéndi debet habére locum in túrpibus et indecóris rebus, ſed hìc vídeo nihil tale. *B.* Eſt uſitátum in ſocietáte hominum, ut indígeant mútuâ óperâ, ígitur quis dabit *id* mihi vítio, ſi petam ab amícis? *A.* Nemo reprehéndet, niſi fortáſſe velis abúti rebus ejúſmodi; ſed, quantùm ego novi te, tu nolles abúti. *B.* Apage iſtum abúſum; hábeo máximas grátias tibi pro tuo consílio.

COLL. LXVIII.

A. ADFUISTINE hodie concioni ſacræ?

B. Adfui.

B. Quis concionem habuit?

B. Dominus N——.

A. Quotâ horâ incepit?

B. Septimâ.

A. Unde thema ſumpſit?

B. Ex epiſtolâ Pauli ad Romanos.

A. Quoto capite?

B. Octavo.

A. Benè adhuc reſpondiſti; nunc videamus quid ſequatur: ecquid memoriæ mandâſti?

B. Nihil quod referre poſſum.

A. Nihil! cogita pauliſper, et vide ne turberis, quin eſto animo bono.

B. Certè nihil reminiſci poſſum.

A. Ne verbum quidem?

B. Nihil prorſus.

A. Hem verbero! quid igitur profeciſti?

B. Neſcio, niſi quòd fortaſſe a malis interim abſtinui.

A. Iſtud quidem eſt aliquid, ſi fieri potuit, ut a malo omninò abſtinueris.

B Abſtinui quoad potui.

A. Fac ita eſſe, tamen Deo non ſatisfeciſti, quum ſcriptum eſt, declina a malo, et fac bonum; ſed dic mihi, quæſo, quâ gratiâ potiſſimùm illuc iviſti?

B. Ut aliquid addiſcerem.

A. Cur iſtud non feciſti?

B. Non potui.

A. Non potuiſti nebulo! imò noluiſti, aut certè non curâſti.

B. Cogor fateri.

A. Quæ

ORDO.

A. Adfuiſtíne ſacræ concióni hódiè? *B.* Adſui. *A.* Quis hábuit conciónem? *B.* Dóminus N——. *A.* Quotá horâ incépit? *B.* Séptimâ *horâ*. *A.* Unde ſumpſit thema? *B.* Ex epíſtolâ Pauli ad Romános. *A.* Quoto cápite? *B.* Octávo. *A.* Reſpondíſti adhuc benè; nunc videámus quid ſequátur: ecquíd mandaviſti memóriæ? *B.* Nihil, quod poſſum referre. *A.* Nihil! cógita pauliſper, et vide ne turbéris, quin eſto bono animo. *B.* Certè poſſum reminíſci nihil. *A.* Ne verbum quidem? *B.* Nihil prorſus. *A.* Hem verbero! quid profecíſti ígitur? *B.* Néſcio, niſi quòd fortáſsè ínterim abſtinui a malis. *A.* Iſtud eſt áliquid quidem, ſi pótuit fieri, ut abſtinúeris a malo omnínò. *B.* Abſtinui quoad pótui. *A.* Fac *id* eſſe ita, tamen non ſatisfecíſti Deo, quum eſt ſcriptum, declína a malo, et fac bonum; ſed dic mihi, quæſo, quâ grátiâ potíſſimùm iviſti illuc? *B.* Ut addíſcerem áliquid. *A.* Cur non feciſti iſtud? *B.* Non pótui. *A.* Non potuíſti nébulo! imò noluíſti, aut certè non curaviſti. *B.* Cogor fatéri.

A. Quæ

A. Quæ res te cogit?

B. Conſcientia mea, quæ apud Deum me accuſat.

A. Dicis rectè, utinam ex animo.

B. Equidem dico ex animo.

A. Fieri poteſt ita, ſed agè, quæ fuit cauſa, quamobrem nihil memoriæ mandaveris?

B. Negligentia mea; nam non audiebam diligenter.

A. Quid faciebas igitur?

B. Identidem dormiebam.

A. Ita ſoles; ſed quid in reliquo tempore agebas?

B. Mille ineptias cogitabam, ut pueri ſolent.

A. An tu es adeò puer, ut non debeas attentus eſſe ad verbum Dei audiendum?

B. Si attentus eſſem, aliquid proficere poſſem.

A. Quid igitur meruiſti?

B. Verbera.

A. Meruiſti profectò, idque largiſſimè.

B. Confiteor ingenuè.

A. Para te ad recipiendas plagas.

B. Ah! Magiſter, ignoſce, obſecro; peccavi, fateor, ſed ex nullâ malitiâ.

A. Quid igitur facias. ſi tibi ignovero?

B. Poſthac meum officium faciam, ut ſpero.

A. Addendum erat, Deo juvante.

B. Imò, magiſter, poſthac meum officium præſtabo, Deo juvante.

A. Agè, culpam hanc tuis lachrymis condono, et eâ lege tibi ignoſco, ut promiſſi tui memineris.

B. Ago

ORDO.

A. Quæ res cogit te? *B.* Mea conſciéntia, quæ accúſat me apud Deum. *A.* Dicis rectè, útinam ex ánimo. *B.* Equidem dico ex ánimo. *A.* Poteſt fíeri ita, ſed agè, quæ fuit cauſa? quámobrem mandáveris nihil memóriæ? *B.* Mea negligéntia; nam non audiébam diligénter. *A.* Quid faciébas ígitur, *B.* Dormiébam idéntidem. *A.* Ita ſoles; ſed quid agébas in réliquo témpore? *B.* Cogitábam mille inéptias, ut púeri ſolent. *A.* An tu es ádeò puer, ut non débeas eſſe atténtus ad audiéndum verbum Dei? *B.* Si eſſem atténtus, poſſem proficere áliquid. *A.* Quid meruíſti ígitur? *B.* Vérbera. *A.* Meruíſti profécto, idque largíſſimè. *B.* Confíteor ingénuè. *A.* Para te ad recipiéndas plagas. *B.* Ah! Magíſter, ignóſce *mihi*, obſecro; peccávi, fáteor, ſed ex nullâ malitiâ. *A.* Quid fácies ígitur,, ſi ignóvero tibi? *B.* Poſthac fáciam meum officium, ut ſpero. *A.* *Hoc* erat addéndum, Deo juvánte. *B.* Imo, magíſter, poſthac præſtábo meum officium, Deo juvánte. *A.* Agè condóno hanc culpam tuis láchrymis, et eâ lege

B. Ago tibi gratias, præceptor humaniſſime.

A. Eris apud me in gratiâ maximâ, ſi promiſſa ſervaveris.

ORDO.

lege ignóſco tibi, ut memíneris tui promíſſi. *B.* Ago grátias tibi, humaníſſime præcéptor. *A.* Eris in máximâ gratiâ apud me, ſi ſervâveris promíſſa.

COLL. LXIX.

A. NON poſſum ſatis mirari, te non eſſe diligentiorem.

B. In quâ re videor tibi negligens eſſe?

A. Quòd ferè nunquam in tempore ades manè, atque inde ſit, ut penè quotidiè in catalogo noteris; cur adeò ſomniculoſus es?

B. Sic eſt natura mea.

A. Corrige naturam iſtam, id eſt, naturæ vitium.

B. Nihil difficiliùs, quàm vitium naturale, emandatur.

A. Omnia ferè vitia nobis naturalia ſunt, et niſi bonitas Dei nos ſervaret, omnes ſceleratiſſimi eſſemus.

B. Quid igitur faciendum eſt?

A. Fortiter cum vitiis noſtris pugnandum eſt.

B. Sub quo duce?

A. Deo ipſo.

B. Quibus armis?

A. Divinis et ſpiritualibus.

B. Ubi inveniuntur?

A. In epiſtolâ ſancti Pauli ad Epheſios.

B. Quota capite?

A. Sexto.

B. Quid ſi locum per me non intellexero?

A. Non intelliges, ſatis, ſcio, ſed præceptor conſulendus erit.

B. Quid

ORDO.

A. Non poſſum mirári ſatis, te non eſſe diligentiórem. *B.* In quâ re vídeor tibi eſſe négligens? *A.* Quòd ades ferè nunquam in tempore manè, atque inde fit ut penè quotídie notéris in catálogo; cur es ádeò ſomniculóſus? *B.* Mea natúra eſt ſic. *A.* Córrige iſtam natúram, id eſt, vítium natúræ. *B.* Nihil emendátur difficíliùs, quàm naturále vítium. *A.* Ferè ómnia vítia ſunt naturália nobis, et niſi bónitas Dei ſervâret nos, omnes eſſémus ſceleratíſſimi. *B.* Quid eſt faciéndum ígitur? *A.* Eſt pugnándum fórtiter cum noſtris vítiis. *B.* Sub quo duce? *A.* Deo ipſo. *B.* Quibus armis? *A.* Divínis et ſpirituálibus. *B.* Ubi inveniúntur? *A.* In epíſtolà ſancti Pauli ad Ephéſios. *B.* Quoto cápite? *A.* Sexto. *B.* Quid ſi non intelléxero locum per me? *A.* Non intélliges, ſcio ſatis, ſed

B. Quid ſi mecum adfueris?

A. Volo adeſſe, certum eſt, verùm opportunitas captanda eſt.

B. De hoc igitur aliâs conſilium capiemus.

A. Quando iſtud erit?

B. Proximo die Mercurii, ſi tibi placet.

A. Quotâ horâ?

A. Primâ poſt meridiem.

A. Placet ſententia.

B. Nunc igitur diſcedamus.

ORDO.

ſed præcéptor erit conſaléndus. *B.* Quid ſi adfúeris mecum? *A.* Volo adéſſe, eſt certum, verùm opportúnitas eſt captánda. *B.* Capiémus consílium ígitur áliàs de hoc. *A.* Quando iſtud erit? *B.* Próximo die Mercúrii, ſi placet tibi. *A.* Quotâ horâ? *B.* Primâ poſt meridiem. *A.* Senténtia placet. *B.* Nunc diſcedámus ígitur.

COLL. LXX.

A. VIS hoc cingulum emere.

B. Cur emerem? unum eſt ſatis mihi; cur verò vis tu vendere?

A. Quia ſunt mihi duo.

B. Tamen non licet vendere, niſi vis in pœnam incurrere.

A. Quid me vetat res meas vendere?

B. Nihil tuum adhuc habes.

A. Eho, nihil! unde iſtud probas?

B. Quia nondum es tui juris, ſed ſub patris poteſtate; denique vis audire breviter, iſtud non licere tibi?

A. Maximè, velim.

B. De hoc lex eſt ſcholaſtica, cujus hæc eſt ſententia, pueri injuſſu parentum aliquod nec vendant nec alienent, qui fecerit contrà, verberibus plectetur.

A. Non iſtud ignorabam, ſed volebam periculum facere, an in obſervandis legibus conſtans eſſes.

B. Tu

ORDO.

A. Vis émere hoc cíngulum? *B.* Cur émerem? unum eſt ſatis mihi; verò cur tu vis véndere? *A.* Quia ſunt duo mihi. *B.* Tamen non licet véndere, niſi vis incúrrere in pœnam. *A.* Quid vetat me véndere meas res? *B.* Adhuc habes nihil tuum. *A.* Eho, nihil! unde próbas iſtud? *B.* Quia nondum es tui juris, ſed ſub poteſtáte patris; dénique vis audíre bréviter, iſtud non licére tibi? *A.* Máximè, velim. *B.* Eſt ſcholáſtica lex de hoc, cujus hæc eſt ſenténtia, púeri nec vendant nec aliénent áliquid injúſſu paréntum, qui fécerit contrà, plectétur verbéribus. *A.* Non ignorábam iſtud, ſed volébam

fácere

B. Tu igitur ſimulator es.

A. Nihil mali in hâc ſimulatione video. Num tu malè interpreteris?

B. Minimè verò, nihil enim mihi nocuiſti.

A. Quid ſi nocuiſſem?

B. Æquo tuliſſem animo, ut Chriſtianum decet.

A. Utinam omnia adverſa ſic feramus propter Chriſtum, qui nihil non tulit ſalutis noſtræ causâ.

B. Feremus certè, ſi ejus exemplum ſemper ob oculos proponamus.

A. Id quidem difficile eſt.

B. Imò impoſſibile, niſi illius ſpiritu adjuvemur, quod aſſiduis precibus impetrandum eſt.

A. O quàm ſuavi ſermone tantum otii conſumpſimus!

ORDO.

fácere periculum, an eſſes conſtans in obſervándis légibus. *B.* Tu es ſimulátor igitur. *A.* Video nihil mali in hâc ſimulatióne. Num tu interpretéris malè! *B.* Mínimè verò, enim nocuíſti mihi nihil. *A.* Quid ſi nocuíſſem *tibi?* *B.* Tuliſſem æquo ánimo, ut decet Chriſtiánum. *A.* Utinam ſic ferámus ómnia advérſa propter Chriſtum, qui non tulit nihil causâ noſtræ ſalútis. *B.* Ferémus certè, ſi ſemper proponámus ejus exémplum ob óculos. *A.* Id eſt difficile quidem. *B.* Imò impoſsíbile, niſi adjuvémur illíus ſpíritu, quod eſt impetrándum aſsíduis précibus. *A.* O quàm ſuavi ſermóne consúmſimus tantum otii!

COLL. LXXI.

A. QUID vis ut dicamus, præceptor?

B. Dicite quiſque ſententiam ſuam ex teſtamento novo.

A. Euge! nihil erit nobis facilius, enim in promptu habemus magnam earum copiam; vis ergò præceptor, ut nunc incipiamus?

B. Sanè velim, quando, ut ais, tanta eſt vobis copia.

A. Quis incipiet?

B. Tune vis edere hujus rei ſpecimen, tui honoris causâ?

A. Id libenter faciam, ſed Dei honoris causâ.

B. Iſtud verbum laudo, nam Divinus

ORDO.

A. Præcéptor, quid vis ut dicámus? *B.* Dícite quiſque ſuam ſenténtiam ex novo teſtiménto. *A.* Euge! nihil erit facílius nobis, enim habémus magnam cópiam eárum in promptu; ergò vis præcéptor, ut incipiámus nunc? *B.* Velim ſanè, quando, ut ais, eſt tanta cópia vobis. *A.* Quis incípiet? *B.* Tune vis édere ſpécimen hujus rei, causâ tui honóris? *A.* Fáciam id libénter, ſed causâ honóris Dei. *B.* Laudo iſtud

Divinus honor et gloria in rebus omnibus eſt præferenda; eja incipe, ſi quid habes.

A. Niſi juſtitia veſtra juſtitiam Scribarum et Phariſæorum ſuperaverit, non poteſtis ingredi cœlorum regnum; quinto capite Matthæi.

Depoſito mendacio, loquimini quiſque veritatem proximo ſuo, hoc enim Domino placet; tertio ad Coloſſenſes.

B. Euge! Specimen bonum, videte ut progreſſus reſpondeat, hoc eſt, ut in poſterum diligenter pergatis

A. Qui nobis principium dedit, idem ſucceſſus proſperos dabit.

B. Ita ſperandum eſt.

A. Parate vos, ut maturemus prodire.

A. Aderimus paratiſſimi mox.

A. Sumite quiſque pallium ſuum, ut honeſtiùs prodeatis; ſed heus pueri.

B. Quid, præceptor?

A. Videte ut adferatis pſalmos, cantabimus alicubi in umbra.

B. Ita ambulatio noſtra fiet jucundior.

ORDO.

iſtud verbum, nam Divínus honor et glória eſt præferenda in ómnibus rebus; eja íncipe, ſi habes quid. *A.* Niſi veſtra juſtítia ſuperáverit juſtítiam Scribárum et Phariſæorum, non potéſtis ingrédi regnum cælórum; quinto cápite Matthæi. Mendácio depóſito loquímini quiſque veritátem ſuo próximo, enim hoc placet Dómino; tértio *cápite* ad Coloſsénſes. *B.* Euge! *eſt* bonum ſpécimen, vidéte ut progréſſus reſpóndeat, hoc eſt, ut pergátis diligénter in póſterum. *A.* Qui dedit princípium nobis, idem dabit próſperos ſuccéſſus. *B.* Eſt ſperándum ita. *A.* Vos paráte, ut maturémus prodíre. *B.* Adérimus paratíſſimi mox. *A.* Súmite quiſque ſuum pálli-um, ut prodeátis honéſtiùs; ſed heus púeri. *B.* Quid præcéptor? *A.* Vidéte ut adferátis pſalmos, cantábimus álicubi in umbrâ. *B.* Ita noſtra ambulátio fiet jucúndior.

COLL. LXXII.

A. FUISTINE hodiè in gymnaſio?

B. Etiam, quid tu agebas?

A. Domi occupatus eram.

B. Id præter morem tuum evenit; ſoles enim rariùs abeſſe.

A. Quàm rariſſimè poſſim; quid autem actum eſt?

ORDO.

A. Fuiſtíne hódie in gymnáſio? *B.* Etiam, quid tu agébas? *A.* Eram occupátus domí. *B.* Id evénit præter tuum morem; enim ſoles abéſſe rárius. *A.* Quàm raríſſimè poſſim;

B. Nihil prorſus.

A. Ergo remiſſionem habemus?

B. Certò.

A. Quamobrem?

B. Propter mercatum hodiernum.

A. Quis dedit?

B. Ludimagiſter, tamen Rectoris permiſſu.

A. Quid conceſſit?

B. Vacationem ab omni munere ſcholaſtico.

A. An in diem totum?

B. A manè uſquè ad ſolis occaſum; tametſi nos diligenter et multis verbis quidem admonuit, ut de negotio in otio cogitaremus, ne cras in ludum imparati veniremus.

A. Quid igitur faciemus, hoc otio abutemur?

B. Id minimè ætatem noſtram decet.

A. Tu verò quid paras facere?

B. Recipere me in muſæolum, niſi fortaſſe tibi magis placet, ut ſeſquihoram aliquò ambulatum prodeamus.

A. Egone recuſarem? imò nihil eſt quod nunc magis velim; nam intereà aliquem ſermonem de literis tractabimus, et corpus exercebimus.

B. Eamus igitur extra muros.

A. Quonam?

B. Uſque ad ripam lacûs.

A. Iſtud mihi valde arridet, ſed tu me expectabis ſi placet.

B. Quamdiu?

A. Tantiſper dum eo mutatum crepidas pro calceis.

B. Ubi vis expectari?

A. Ad portam Franciſcanam.

B. At

ORDO.

ſim; autem quid eſt actum? *B.* Nihil prorſus. *A.* Ergò habémus remiſſiónem? *B.* Certò. *A.* Quámobrem? *B.* Propter hodiérnum mercátum. *A* Quis dedit? *B.* Ludimagíſter, tamen permíſſu Rectóris. *A.* Quid concéſſit? *B.* Vacatiónem ab omni ſcholáſtico múnere. *A.* An in totum diem? *B.* A manè uſquè ad occáſum ſolis; tamétſi admónuit nos diligénter, et multis verbis quidem, ut cogitarémus de negótio in ótio, ne cras venirémus imparáti in ludum. *A.* Quid faciémus igitur, abutémur hoc ótio? *B.* Id mínimè decet noſtram ætátem. *A.* Verò quid tu paras fácere? *B.* Recípere me in muſæolum, niſi fortáſſe magis placet tibi, ut prodeámus áliquò ambulátum ſeſquihóram. *A.* Egóne recusárem? imò eſt nihil quod magis velim nunc; nam intéreà tractábimus áliquem ſermónem de líteris, et exercébimus corpus. *B.* Eámus extra muros ígitur. *A.* Quònam? *B.* Uſque ad ripam lacûs. *A.* Iſtud arridet mihi valdè, ſed tu expectábis me, ſi placet. *B.* Quamdiu? *A.* Tantíſper dum eo mutátum crépidas pro calceis. *B.* Ubi vis expectári? *A.* Ad Franciſcánam

B. At vide ne fallas

A. An ego amicum fallerem, cùm ſciam fidem cum inimico ſervandam eſſe?

B. Abi, feſtina; ego legam aliquid interim, dum te operior.

A. Mox hìc adero.

ORDO.

cánam portam. *B.* At vide ne fallas. *A.* An ego fállerem amícum, cùm ſciam fidem eſſe ſervándam cum inimíco? *B.* Abi, feſtína; ego legam áliquid ínterim, dum opérior te. *A.* Adero hìc mox.

COLL. LXXIII.

A. ERGONE abis in patriam?

B. Cogor abire, a patre accerſitus.

A. Nunquamne reverſurus es?

B. Non ſpero.

A. Quando profecturus es?

B. Cras, ut opinor.

A. Siccine me igitur relinquis?

B. Ita neceſſe eſt.

A. O me miſerum! ubi et quando amicum talem reperiam, talem ſtudiorum meorum ſocium?

B. Ne doleas; bono eſto animo, Deus tibi meliorem dabit.

A. Ille quidem poteſt, ſcio; at ego vix ſperare poſſum.

B. Noli te tantoperè affligere, obſero; nam amicitia noſtra hâc ſeparatione corporum non eſt interitura, quin potiùs magis accreſcet; et abſentes corpore, animis præſentes erimus:

Quid, quantam vim epiſtolas habituras eſſe putas quos ultrò citròque dabimus? quid, quòd amor noſter jucundior fiet illo deſiderio mutuo?

A. Sunt

ORDO.

A. Ergóne abis in pátriam? *B.* Cogor abíre, accersítus a patre. *A.* Nunquámne es reversúrus? *B.* Spero non. *A.* Quando es profectúrus? *B.* Cras, ut opínor. *A.* Síccine relínquis me igitur? *B.* Ita eſt necéſſe. *A.* O míſerum me! ubi et quando repériam talem amícum, talem sòcium meórum ſtudiórum? *B.* Ne dóleas; eſto bono ánimo, Deus dabit meliórem tibi. *A.* Ille poteſt quidem, ſcio; at ego vix poſſum ſperáre *talem*. *B.* Noli afflígere te tantópere, óbſecro; nam amicítia noſtra non eſt interitúra hac ſeparatióne córporum, quin pótiùs accréſcet magis; et abſénte córpore, érimus præſéntes ánimis. Quid, quantam vim putas epíſtolas eſſe habitúras quas dábimus ultrò citròque? quid, quòd

A. Sunt verisimilia quæ dices, sed interim dolor meus non lenitur.

B. Ah! lachrymas reprime.

A. Non præ dolore queo.

B. Siccine agis? An putas me minore dolore tangi? Sed quid agas? Divinæ voluntati parendum est; nunc ipse recogita, obsecro, ac te potiùs para ad cœnandum hilariter; a cœnâ pluribus colloquemur.

A. O quàm triste divortium!

ORDO.

noster amor fiet jucúndior illo mútuo desidério? *B.* Sunt verisímilia quæ dicis, sed ínterim meus dolor non lenítur. *B.* Ah! réprime lachrymas. *A.* Non queo præ dolóre. *B.* Síccine agis? An putas me tangi monóre dolóre? Sed quid agas? Est paréndum divínæ voluntáti; nunc ipse recógita, obsecro, ac pótiùs para te ad cœnándum hiláriter; colloquémur plúribus *verbis* a cœnâ. *A.* Quam triste *est* divórtium!

COLL. LXXIV.

A. VISNE in ignorantia ista permanere?

B. Deus avertat.

A. Quid igitur facies?

B. Da mihi consilium super hac re.

A. Imprimis sæpissime et ex animo Deum precare; deinde semper attentus esto, hoc est, audito diligenter quicquid docetur, sive præceptor loquatur, sive condiscipuli tui aliquid reddant, postremo charitatem diligenter cole.

B. Quibus modis?

A. Neminem lædito, nemini invideto, neminem odio habeto, sed contrà omnes tanquam fratres diligito, ac omnibus quoad poteris benefacito.

B. Quid illa ad studiorum profectum conferent?

A. Plurimum.

B. Quomodò?

ORDO.

A. Visne permanére in istâ ignorantiâ? *B.* Deus avértat. *A.* Quid fácies ígitur? *B.* Da mihi consílium super hâc re. *A.* Imprímis precáre Deum sæpíssimè et ex ánimo; deínde semper esto atténtus, hoc est, audíto diligénter quicquid docétur, sive præcéptor loquátur, sive tui condiscípuli reddant áliquid, postrémò cole charitátem diligénter. *B.* Quibus modis? *A* Lædito néminem, invidéto némini, habéto néminem ódio, sed contrà diligit omnes tanquam fratres, ac benefácito ómnibus quoad póteris. *B.* Quid illa cónferent ad profectum studiórum? *A* Plúrimùm. *B.* Quómodo?

A. Enim

B. Quomodò?

A. Sic enim Deus tibi ingenium illuminabit, memoriam et cæteras animi dotes augebit: denique ita ſtudia tua promovebit, ut majorem progreſſum in iis indies facias.

B. Sanè optimum mihi conſilium das; utinam valeam perpetuò uti ad Dei gloriam, ac tibi aliquando gratiam referre.

A. Non opto, ut mihi aliquid gratiæ referas, niſi ut ſæpenumero Deum laudes, et ſemper honeſta ſtudia perſequaris.

ORDO.

A. Enim Deus ſic illuminábit ingénium tibi, augébit memoriam et cæteras dotes ánimi; denique ita promovébit tua ſtúdia, ut índies fácias majorem progréſſum in iis. *B.* Sanè das óptimum consílium mihi: útinam váleam uti perpétuò ad glóriam Dei, ac aliquándo referre grátiam tibi. *A.* Non opto, ut réferas áliquid grátiæ mihi, niſi ut ſæpenúmerò laudes Deum, et ſemper perſequáris honéſta ſtúdia.

COLL. LXXV.

A. PRÆCEPTOR, quid cras manè reddemus?

B. Hodie manè palam dixi, ante ſcholam miſſam.

A. At ego non aderam, præceptor.

B. Condiſcipulos roga; nam ſi ſinguli vellent me interrogare de rebus a me palam dictis, quæſo, quando finis eſſet? itaque fac ſit poſthac prudentior.

A. Curabo.

B. Sed ubi fuiſti?

A. Prodieram.

B. Quid prodieras?

A. Ut negotium aliquod curarem, de quo ad me ſcripſerat pater.

B. A quo veniam petiviſti?

A. Ab Hypodidaſculo.

B. Cur non potiùs a me?

A. Quia occupatus eras.

B. Quid agebam?

A. All

ORDO.

A. Præcéptor, quid reddémus cras manè? *B.* Dixi palam hódiè manè, ante ſcholam miſſum. *A.* At ego non áderam, præcéptor. *B.* Roga condiſcípulos; nam ſi ſínguli vellent interrogáre me de rebus dictis a me palam, quæſo quando eſſet finis; ítaque fac ut ſis prudéntior poſthac. *A.* Curábo. *B.* Sed ubi fuíſti? *A.* Prodíveram. *B.* Quid prodíveras? *A.* Ut curárem áliquod negótium, de quo pater ſcripſerat ad me. *B.* A quo petiviſti véniam? *A.* Ab Hypodidáſculo. *B.* Cur non potiùs a me? *A.* Quia eras occupátus. *B.* Quid agébam?

A. Alloquebaris quoſdam viros honoratos in areâ, qui te conventum venerant.

B. Abi, nunc recordor.

ORDO.

bam? *A.* Alloquebáris quoſdam honorátos viros id áreâ, qui vénerant convéntum te. *B.* Abi, nunc recórdor.

COLL. LXXVI.

A. SALVE, Domine.

B. Tu quoque ſis ſalvus.

A. Ludamus paulíſper.

B. Quid ais, ineptule? vix ſcholam ingreſſus es, et jam de ludo loqueris?

A. Ne iraſcaris, quæſo.

B. Non iraſcor.

A. Cur ergò ſic exclamas?

B. Accuſo ſtultitiam tuam.

A. Nonne licet igitur ludere?

B. Imò, ad cum tempus eſt.

A. Vah! tu nimium ſapis.

B. Utinam tantùm ſaperem ſatis; ſed mitte me, quæſo, ut repetam quæ mox præceptori reddenda erunt.

A. Æquum dicis; ego volo quoque tecum repetere, ſi tibi placet.

B. Eho! quid hoc eſt? quid ſibi vult iſta tam ſubita mutatio? nonne tu modò de luſu loquebaris?

A. Loquebar quidem, ſed non ſeriò.

B. Cur ſimulabas igitur?

A. Ut tecum paucis confabularer.

B. Quid illud prodeſt?

A. Rogas? nonne ex præceptore ſæpe audiviſti?

B. Nunc mihi non occurrit: quid, inquam, prodeſt confabulari?

A. Ad

ORDO.

A. Dómine, ſalve. *B.* Tu ſis ſalvus quoque. *A.* Ludámus paulíſper. *B.* Quid ais, inéptule? vix es ingréſſus ſcholam, et jam lóqueris de ludo? *A.* Quæſo ne iraſcáris. *B.* Non iráſcor. *A.* Cur ergò exclámas ſic? *B.* Accúſo tuam ſtultítiam. *A.* Nonne licet lúdere ígitur? *B.* Imò, at cùm eſt tempus. *A.* Vah! tu ſapis nímium. *B.* Utinam tantùm ſáperem ſatìs; ſed mitte me, quæſo, ut répetam quæ erunt reddénda præceptóri mox. *A.* Dicis æquum; ego volo repétere tecum quoque, ſi placet tibi. *B.* Eho! quid eſt hoc? quid iſta tam súbita mutátio vult ſibi? nonne tu loquebáris modò de luſu? *A.* Loquébar quidem, ſed non sériò. *B.* Cur ſimulábas ígitur? *A.* Ut confabulárer tecum paucis *verbis*. *B.* Quid illud prodeſt? *A.* Rogas? nonne ſæpe audiviſti ex præceptóre? *B.* Non occúrrrit mihi nunc; inquam, quid prodeſt

A. Ad nos in linguâ Latinâ exercendos.

B. Profectò rectè putas, et ego te nunc magis amo.

A. Habeo tibi gratias; agè, repetamus unâ prælectionem, nam brevi præceptor aderit.

ORDO.

prodeſt confabulári? *A.* Nos exercéndo in Latinâ linguâ, *B.* Profécto putas rectè, et nunc ego amo te magis. *A.* Hábeo grátias tibi; agè, repetámus prælectiónem unà, nam præcéptor áderit brevi *témpore*.

COLL. LXXVII.

A. SALVE, præceptor.

B. Sis ſalvus: unde venis tam multò manè?

A. E cubiculo noſtro.

B. Quando ſurrexiſti?

A. Paulò ante ſextam, præceptor.

B. Quid ais?

A. Sic eſt ut dico.

B. Tu es nimis matutinus; quis te expergefecit?

A. Frater meus.

B. An Deum precatus es?

A. Cùm primùm me frater pexuit precatus ſum.

B. Quomodò?

A. Flexis genibus, et conjunctis manibus dixi precationem Dominicam cum gratiarum actione.

B. Quâ linguâ?

A. Anglicanâ.

B. O factum bene! quis te miſit ad me?

A. Nemo.

B. Quid ergo?

A. Ultro veni.

B. Mi animule, quàm pulchrum eſt ſapere? Nonne jentandi tempus eſt?

A. Nondum eſurio.

B. Quid vis igitur?

A. Volo reddere nomina quotidiana, ſi tibi placet me audire.

B. Quidni

ORDO.

A. Præcéptor, ſalve. *B.* Sis ſalvus: unde venis tam multò manè? *A.* E noſtro cubículo. *B.* Quando ſurrexíſti? *A.* Paulò ante ſextam, præcéptor. *B.* Quid ais? *A.* Sic eſt ut dico. *B.* Tu es nimis matutinus; quis expergefécit te? *A.* Meus frater. *B.* An es precátus Deum? *A.* Cùm primùm frater péxuit me, ſum precátus. *B.* Quómodò? *A.* Génibus flexis, et mánibus conjúnctis dixi Domínicam precatiónem cum actióne gratiárum. *B.* Quâ linguâ? *A.* Anglicánâ. *B.* O benè factum! quis miſit te ad me? *A.* Nemo. *B.* Quid ergò? *A.* Veni ultrò. *A.* Mi anímule, quàm pulchrum eſt ſápere! Nonne eſt tempus jentándi? *A.* Nondum eſúrio. *B.* Quid vis ígitur? *A.* Volo réddere quotidiána nómina, ſi

B. Quidni placeret? tenesne igitur memoriâ?

A. Teneo.

B. Agè, pronuncia.

A. Sed soles Anglicè præire, et ego Latinè respondeo.

B. Benè mones.

A. Penè oblitus eram, responde igitur.

ORDO.

placet tibi audíre me. *B.* Quidni placéret? tenésne memóriâ ígitur? *A.* Téneo. *B.* Agè, pronúncia. *A.* Sed soles præíre Anglicè, et ego respóndeo Latínè. *B.* Mones benè. *A* Penè eram oblítus, respónde ígitur.

COLL. LXXVIII.

A QUANDO vis prandere?

B. Ego jam prandi.

A. Quotâ horâ?

B. Sesquioctavâ.

A. Tam manè igitur prandetis?

B. Sic ferè in æstate solemus; vos autem quid facitis?

A. Non prandemus ante sesquidecimam, interdum ab undecimâ.

B. Papæ! cur non citius?

A. Pater expectandus est, dum e curiâ redierit.

B. Tu igitur adesse non potes in aula in psalmorum cantione.

A. Rarò admodum interfum: ab eo munere exemptus sum.

B. Quis te exemit?

A. Præceptor, mei patris rogatu.

B. Habentne omnes Senatorum filii ejusmodi privilegium?

A. Habent, modò patres jubeant.

B. Nonne posset mater dare tibi prandium ante patris e Senatu reditum?

A. Posset

ORDO.

A. Quando vis prandére? *B.* Ego prandi jam. *A.* Quotâ horâ? *B.* Sesquioctávâ. *A.* Prandétis ígitur tam manè? *B.* Sic solémus ferè in æstate: autem quid vos fácitis? *A.* Non prandémus ante sesquidécimam, intérdum ab undécimâ. *B.* Papæ! cur non cítiùs? *A.* Pater est expectándus, dum redíverit e cúriâ. *B.* Tu non potes adésse ígitur in aulâ, in cantióne psalmórum. *A.* Intérfum ádmodum rarò: fum exémptus qb eo múnere. *B.* Quis exémit te? *A.* Præcéptor, rogátu mei patris. *B.* Omnésne filii Senatórum habent privilégium ejúsmodi? *A.* Habent, modò patres júbeant. *B.* Nonne mater potest dare tibi prándium ante réditum patris e Senâ-

A. Posset quidem, sed pater vult a me expectari.

B. Quamobrem?

A. Quia sic illi placet.

B. Nunc mihi tacendum est, nam mihi os occlusisti.

A. Cur tu es adeò curiosus percontator?

B. Puer sum, et pueri semper aliquid novi scire cupiunt.

A. Fateor, at est modus in rebus, ut præceptor nos sæpe docet.

B. Ergo discedamus, ut te pransum conferas.

A. Ignosce mihi, quæso, si quâ in re offenderim.

B. Ego idem abs te peto; ego, inquam, potiùs, qui te loquacitate meâ offendere potui, sed interim nihil malicogitans.

ORDO.

e Senátu. *A.* Posset quidem, sed pater vult expectâri a me. *B.* Quámobrem? *A.* Quia sic placet illi. *B.* Nunc est tacéndum mihi, nam occlusísti os mihi. *A.* Cur es tu ádeò curiósus percontátor? *B.* Sum puer, et púeri semper cúpiunt scire áliquid novi. *A.* Fáteor, et est modus in rebus, ut præcéptor docet nos sæpe. *B.* Ergo discedamus, ut conferas te pransum. *A.* Ignósce mihi, quæso, si offénderim in quâ re. *B.* Ego peto idem abs te; ego pótiùs, inquam, qui pótui offéndere te meâ loquácitáte, sed ínterim cógitans nihil mali.

COLL. LXXIX.

A. PRÆCEPTOR, licetne pauca dicere;

B. Loquere audacter.

A. Ego et mei condiscipuli ferè hoc toto triduo libris affixi fuimus; licetne animum pauliſper ludo relaxare?

B. Dic igitur sententiam aliquam.

A. Dicam, attende.

B. Dic etiam Anglicos versus, si memoriâ tenes.

A. Audi igitur, si tibi placet.

B. Quàm rectè dixisti omnia!

A. Gratia Deo.

B. Ad-

ORDO.

A. Præcéptor, licétne dícere pauca? *B.* Lóquere audácter. *A.* Ego et mei condiscípuli fúimus affíxi libris ferè hoc toto tríduo; licétne relaxáre ánimum ludo paulísper? *B.* Dic áliquam sententiam ígitur. *A.* Dicam, atténde. *B.* Dic Anglicos versus étiam; si tenes memóriâ. *A.* Audi ígitur, si placet tibi. *B.* Quàm rectè dixísti ómnia! *A.* Grátia Deo.

B. Aliquid

B. Addendum erat aliquid poſthac.

A. Quidnam, præceptor?

B. Qui tibi ingenium et mentem bonam dedit.

A. Sed quis me verba iſta docebit?

B. Ea tibi in commentariolo tuo ſcribam, ut ediſcas; ſed dic mihi, quæſo, quis te iſtam docuit orationem, quam pronunciâſti?

A. *Campanus* mihi herì ſcriptam dedit, et ego memoriæ mandavi.

B. Profectò ego te ob diligentiam iſtam amo.

A. Ago tibi gratias, præceptor; permitteſne igitur ut ludamus?

B. Sanè, abi, condiſcipulis tuis renuncia.

A. Faciam.

B. Quid illis dices?

A. Id quod me aliquando docuiſti.

B. Sed volo prius ex te audire.

A. Gaudete, pueri, en vobis jucundum affero nuncium, ego vobis ludendi poteſtatem impetravi.

B. Euge! probè meminiſti, jam ito.

ORDO.

B. Aliquid erat addéndum poſthàc. *A.* Quidnam, præcéptor? *B.* Qui dedit ingénium et bonam mentem tibi. *A.* Sed quis docébit me iſta verba? *B.* Scribam ea tibi in tuo commentariolo ut ediſcas; ſed dic mihi, quæſo, quis docuit te iſtam oratiónem, quàm pronunciaviſti? *A.* *Campánus* dedit *iſtam* mihi herí ſcriptam, et ego mándávi memóriæ. *B.* Profécto ego amo te ob iſtam diligéntiam. *A.* Ago grátias tibi, præceptor; permittéſne igitur ut ludámus? *B.* Sanè, abi, renúncia tuis condiſcípulis. *A.* Fáciam. *B.* Quid dices illis? *A.* Id quod docuíſti me aliquándo. *B.* Sed volo audíre ex te priùs. *A.* Púeri gaudéte, en áffero jucúndum núncium vobis, ego impetrávi poteſtátem ludéndi vobis. *B.* Euge! Meminíſti probè, jam ito.

COLL. LXXX.

A. NIHILNE eſt, quod hodiè præceptori reddemus?

B. Nihil niſi de Grammaticæ rudimentis.

A. Quidnam?

B. Libellum tuum inſpice, notas invenies in quinque lectiones, quas præceptor nobis præſcripſit.

ORDO.

A. Quandò *A.* Eſtne nihil, quod reddémus præceptóri hódiè? *B.* Nihil niſi de rudiméntis Grammáticæ. *A.* Quidnam? *B.* Inſpice tuum libéllum, invénies notas in quinque lectiónes, quas

A. Quando fuit iſtud?

B. Die *Veneris*, horâ quartâ.

A. At ego tunc non interfui.

B. Ergo plagas meruiſti.

A. Siccine judicas, ſevere judex? domi occupatus eram; nec aberam injuſſu præceptoris.

B. Eſto, ſad tamen quærere debuiſti poſtridiè, quid pridiè actum eſſet.

A. Meam culpam confiteor; ſed librum tuum cedo, quæſo, ut videam quid nobis reddendum ſit.

B. Accipe, et eâdem operâ ſignato, quæ a præceptore nobis præſcripta ſunt.

A Faciam diligenter; neque poſthàc, ut ſpero, negligentiæ me accuſabis.

ORDO.

quas præcéptor præſcripſit nobis. *A.* Quando fuit iſtud? *B.* Die *Véneris*, quartâ horâ. *A.* At ego non intérfui tunc. *B.* Ergo meruíſti plagas. *A.* Síccine júdicas, ſevére judex? eram occupátus domi; nec áberam injúſſu præceptóris. *B.* Eſto, ſed tamen debuíſti quærere poſtridiè, quid eſſet actum pridiè. *A.* Confiteor meam culpam; ſed cedo tuum librum, quæſo, ut vídeam quid ſit reddéndum nobis. *B.* Accipe, et eâdem óperâ ſignáto, quæ ſunt præſcripta nobis a præceptóre. *A.* Fáciam diligénter; neque poſthác, ut ſpero, accuſábis me negligéntiæ.

COLL. LXXXI.

A. A Quo chartam iſtam emiſti?

B. Fatino.

A. Eſtne bona?

B. Melior quàm iſta tua, ut opinor?

A. Non miror.

B. Cur iſtud dicis?

A. Quia fortaſſe eſt carior.

B. Neſcio.

A. Quanti emiſti ſcapum?

B. Solido et ſemiſſe. Quanti tu emiſti?

A. Solido et pluris.

B. Quanti igitur?

A. Quinque quadrantibus.

B. Profectò non malè emiſti.

A. Quinetiam mercator mihi auctarium dedit.

B. Quodnam, quæſo?

A. Sche-

ORDO.

A. A quo emíſti iſtam chartam? *B.* Fatíno. *A.* Eſtne bona? *B.* Mélior quàm iſta tua, ut opínor. *A.* Non miror. *B.* Cur dicis iſtud? *A.* Quia fortáſſe eſt cárior. *B.* Néſcio. *A* Quanti *prétii* emíſti ſcapum? *B.* Sólido et ſemíſſe. Quanti tu emíſti? *A.* Sólido et pluris. *B.* Quanti ígitur? *A.* Quinque quadrántibus. *B* Profectò non emíſti malè. *A.* Quinétiam mercátor dedit auctárium mihi. *B.* Quodnam, quæſo?

A. Schedam chartæ bibulæ.

B. O me imprudentem, qui petere oblitus fui?

A. Ego ne quidem petivi, sed ille mihi ultrò dedit; et hoc, inquit, addo tibi, ut me reviſas.

B. Sic ſolent emptores allicere.

A. Nec mirum, quiſque ſuum commodum quærit.

B. Sed quid agimus, hodierni penſi immemores?

A. Eſt exiguun, ſatis temporis nobis reſtat.

ORDO.

quæſo? *A.* Schedam bíbulæ chartæ. *B.* O Imprudéntem me, qui fui oblítus pétere! *A.* Ego non petívi quidem, ſed ille dedit mihi ultrò; et inquit, addo hoc tibi, ut revíſas me. *B.* Sic ſolet allícere emptóres. *A.* Non *eſt* mirum, quiſque quærit ſuum cómmodum. *B.* Sed quid ágimus, immémores hodiérni penſi? *A.* Eſt exíguum, ſatis témporis reſtat nobis.

COLL LXXXII.

A. VENITNE frater tuus Londino?

B. Venit herì ante meridiem.

A. Nihilne literarum tibi attulit?

B. Nihil.

A. Quid de patre narrat?

B. Ait illum, Dei beneficio, paulatim convaleſcere.

A. Gaudeo ſanè, ac Deum precor, ut brevi valetudinem priſtinam recuperet; ſed nihil ad te miſit?

B. Imò, pecuniam.

A. Euge! nullus eſt nuncius jucundior.

B. Ita aiunt.

A. Tu verò ſic reſpondes, quaſi fabulam audias.

B. Quin pejus audio.

A. Quidnam?

B. Mendacium merum.

A. Egone mentitus ſum?

B. Non dico te mentitum eſſe, ſed falſum dixiſti.

A. Ego non intelligo quid dicas. *B.* Dabo

ORDO.

A. Tuúſne frater venit Londíno? *B.* Venit herì ante merídiem. *A.* Attulítne nihil literárum tibi? *B.* Nihil. *A.* Quid narrat de patre? *B.* Ait illum convaléſcere paulátim, beneficio Dei. *A.* Sanè gáudeo, ac precor Deum, ut recúperet príſtinam valetúdinem brevi *témpore*; ſed miſit nihil ad te? *B.* Imò, pecúniam. *A.* Euge! nullus núncius eſt jucúndior. *B.* Aiunt ita. *A.* Tu reſpóndes ſic verò, quaſi, aúdias fábulam. *B.* Quin aúdio pejus. *A.* Quidnam? *B.* Merum mendácium. *A.* Egóne ſum mentítus? *B.* Non dico te eſſe mentítum, ſed dixíſti falſum. *A.* Ego non intélligo quid dicas.

B. Dabo operam ut intelligas.

A. Obsecro te.

B Si nuncius nullus jucundior est quàm de allatâ nobis pecuniâ, quid ergo est Christi evangelium? quis nuncius jucundior est quàm Dei gratia, quam nobis attulit Christus per evangelium?

A. Fateor evangelio nihil esse jucundius, iis duntaxat, qui ei credunt, et ex animo amplectantur.

B. Equidem sic intelligo.

A. At ego de rebus humanis et terrenis loquebar, tu verò statim ad cœlum ascendisti.

B. Ita solent concionatores boni.

A. Non putabam te Theologum esse.

B. Nihil dixi, nisi quod omnibus tritum et notum est.

A. Utinam illud adeò vulgare esset, ut omnes in Christum crederent.

B. Omnes nunquam credent.

A. Quid prohibet?

B. Quia multi vocati sunt, pauci verò electi, sicut ipse Christus testatur.

A. Vis magnam apud me inire gratiam?

B. Nihil libentiùs facerem, siquidem res ipsa penes me sit; sed quid est, in quo tibi commodare possum?

A. Da mihi mutuo decem asses.

B. Nunc non tantum habeo, sed partem majorem.

A. Quantum, quæso?

B. Nescio, nisi crumenam inspexero;

ORDO.

dicas. *B.* Dabo óperam ut intélligas. *A.* Obsecro te. *B.* Si est nullus jucúndior núncius quàm de pecúniâ allátâ nobis, quid ergò est evangélium Christi? quis núncius est jucúndior quà grátia Dei, quam Christus áttulit nobis per evangélium? *A.* Fáteor nihil esse jucúndius evangélio, iis duntáxat, qui credunt ei, et amplectántur *id* ex ánimo. *B.* Sic intélligo équidem. *A.* At ego loquébar de humánis et terrénis rebus, verò tu ascendísti ad cœlum statim. *B.* Ita boni concionatóres solent. *A.* Non putábam te esse Theólogum. *B.* Dixi nihil, nisi quod est tritum et notum ómnibus. *A.* Utinam illud esset ádeò vulgáre, ut omnes créderent in Christum. *B.* Omnes nunquam credent. *A.* Quid prohibet? *B.* Quia multi sunt vocáti, verò pauci eléćti, sicut Christus ipse testá ur. *A.* Vis inire magnam grátiam apud me? *B.* Fácerem nihil libéntiùs, síquidem res ipsa sit penes me; sed quid est, in quo possum commodáre tibi? *A.* Da dacem asses mihi mútuo. *B.* Non hábeo tantum nunc, sed majórem partem. *A.* Quantum *habes*, quæso? *B.* Néscio, nisi inspéxero cruménam;

inſpexero; ecce tibi octo aſſes cum ſemiſſe.

A. Accipio ſolos ſeptem; non enim te prorsùs evacuare volo.

B. Parùm refert, totum accipe, ſi vis.

A. Ago tibi gratias, credo hoc pecuniæ meo negotio fatis fore, cùm aliquantulâ, quam ipſe habeo.

B. Ut libet.

A. Amo te de te iſtâ benignitate tam expromptâ.

B. Si quid aliud poſſum, ne parcas.

A. Totum, Deo volente, reddam, quamprimùm pater ad me miſerit.

B. Ne magnoperè ſolicitus ſis, mihi nondum opus eſt.

ORDO.

cruménam; ecce octo aſſes tibi cum ſemíſſe. *A.* Accípio ſeptem ſolos; enim non volo evacuáre te prorsùs. *B.* Refert parùm, áccipe totum, ſi vis. *A.* Ago grátias tibi, credo hoc pecúniæ fore ſatis meo negótio, cum aliquántulâ, quam ipſe hábeo. *B.* Ut libet. *A.* Amo te de iſtâ tam exprómptâ benignitáte. *B.* Si poſſum quid áliud, ne parcas. *A.* Reddam totum, Deo volénte, quamprímum pater míſerit ad me. *B.* Ne ſis magnóperè ſolícitus, nondum eſt opus mihi.

COLL. LXXXIII.

A. ORO te, da mihi ex pane tuo.

B. Non nimis habeo mihi, tamen tibi volo impertire.

A. Habeo tibi gratias.

B. Non eſt quod agas ob rem tantillam; ſed dic, quæſo, cur non attuliſti?

A. Quia nemo domi noſtræ erat, qui mihi daret?

B. Sed cur non accipis?

A. Non audeo, niſi mater det.

B. Benè facis, ſed conſilium bonum audi.

A. Auſculto ut audiam, dic, quæſo.

B. Cùm menſæ reliquiæ poſt prandium tolluntur, merendam petito, ut eam in peram

ORDO.

A. Oro te, da mihi ex tuo pane. *B.* Non hábeo nimis mihi, tamen volo impertíre tibi. *A.* Hábeo grátias tibi. *B.* Non eſt quòd agas ob tantíllam rem; ſed dic, quæſo cur, non attulíſti? *A* Quia nemo erat noſtræ domi, qui daret mihi. *B.* Sed cur non áccipis? *A.* Non áudeo, niſi mater det. *B.* Facis benè, ſed audi bonum conſílium. *A.* Auſcúlto ut aúdiam, dic, quæſo. *B.* Cùm reliquiæ menſæ tolluntur poſt prándium, pétito meréndam, et recóndito eam in peram;

ita

ram recondito; ita fiet, ut nunquam inanis venias.

A. Autem quid de jentaculo mihi ſuades?

B. Ut in exitu cœnæ petas, et idem facias, quod tibi de merendâ dixi.

A. Nunquam vidi conſilium melius dari.

B. Fac igitur ut memineris, et, cùm voles, utere.

A. Utar equidem, quoties opus erit.

ORDO.

ita fiet, ut nunquam vénias inánis. *A.* Autém quid ſuades mihi dé jentáculo? *B.* Ut petas in éxitu cœnæ, et fácias idem, quod dixi tibi de meréndâ. *A.* Nunquam vidi mélius consílium dari. *B.* Fac ígitur ut memíneris, et útere, cùm voles. *A.* Utar équidem quóties erit opus.

COLL. LXXXIV.

A. UNDE venis?

B. Domo.

A. Quid illinc adfers?

B. Merendam.

A. Quis tibi permiſit exire?

B. Præceptor ipſe.

A. Quomodò iſtud probabis?

B. Adeamus illum, ut conſulamus.

A. At vide quid agas.

B. Nihil in hâc re timeo.

B. Adeóne ſecurus es?

B. Qui verum dicit, nihil timere debet.

A. Sententia iſta vera eſt quidem, ſed quotuſquiſque non mentitur?

B. Certus ſum me nihil nunc mentiri.

A. Propemodum mihi perſuades; abi, tibi credo, qui nunquam te in mendacio deprehendi.

B. Sit Deo gratia, quem precor, ut me integrum et purum cuſtodiat.

A. Utinam omnes ex animo precarentur.

B Nunc te recipe, ut tuam merendam edas.

ORDO.

A. Unde venis? *B.* Domo. *A.* Quid adfers illinc? *B.* Meréndam. *A.* Quis permíſit tibi exíre? *B.* Præcéptor ipſe. *A.* Quómodò probábis iſtud? *A.* Adeámus illum, ut conſulámus. *A.* At vide quid agas. *B.* Timeo nihil in hâc re. *A.* Iſta ſenténtia eſt vera quidem, ſed quotuſquíſque non mentítur? *B.* Sum certus me mentíri nihil nunc. *A.* Perſuádes mihi propémodùm? abi, credo tibi, qui nunquam deprehéndi te in mendácio. *B.* Grátia ſit Deo, quem precor, ut cuſtódiat me intégrum et purum. *A.* Utinam omnes precaréntur ex ánimo. *B.* Nunc récipe te, ut edas tuam meréndam.

COLL. LXXXV.

A. QUI ſunt victores hâc hebdomade?

B. Ubi eras, cùm rationes redderentur?

A. A patre accerſitus fueram; ſed qui ſunt victores? dic quæſo.

B. Ego et *Puteanus*.

A. Jamne præmium habuiſtis?

B. Habuimus.

A. Quodnam?

B. Duodenas juglandes.

A. Hui! Quale præmium!

B. Ehò! inepte! ergo ex pretio rei præmium æſtimas?

A. Nihil aliud video hìc æſtimandum.

B. Sordidus es, qui ſic lucro inhias; non præceptoris verbum meminiſti?

A. Quod verbum?

B. Non lucri ſed honoris causâ præmium datur.

A. Nunc reminiſcor; poſthac ero diligentior.

B. Sic tandem ſapies.

ORDO.

A. Qui ſunt victóres hác hebdómade? *B.* Ubi eras, cùm ratiónes redderéntur? *A.* Fúeram accérsitus a patre; ſed qui ſunt victóres? dic, quæſo. *B.* Ego et *Puteánus*. *A.* Jamne habuíſtis præmium? *B.* Habúimus. *A.* Quodnam *præmium?* *B.* Duodénas juglándes. *A.* Hui! Quale præmium! *B.* Eho! inépte! ergò æſtimas, præmium ex prétio rei? *A.* Vídeo nihil áliud æſtimándum hìc. *B.* Es ſórdidus, qui ſic inhías lucro; non meminíſti verbum præceptóris? *A.* Quod verbum? *B.* Præmium datur non causâ lucri ſed honóris. *A.* Nunc reminíſcor; ero diligéntior poſthac. *B.* Sic tandem ſápies.

COLL. LXXXVI.

A. AN ludendi facultatem impetrâſtis?

B. Impetravimus.

A. Ad quod uſque tempus?

B. Ad cœnam uſquè.

A. Qui verſus dederunt?

B. Primi et ſecundi.

A. Quid cæteræ claſſes fecerunt.

B. Quiſque

ORDO.

A. An impetravíſtis facultátem ludéndi? *B.* Impetrávimus. *A.* Uſquè ad quod tempus? *B.* Uſque ad cœnam. *A.* Qui dedérunt verſus? *B.* Primi et ſecúndi. *A.* Quid cæteræ claſſes

B. Quiſque primus decurio trium claſſium proximarum unam ſententiam e ſacris literis pronunciavit.

A. Nonne precati eſtis, ut ſolemus?

B. Precati ſumus, et quidem præſente ludimagiſtro; tu verò ubi eras?

A. Iveram domum, a matre accerſitus.

B. Nunc igitur, quid cogitas facere?

A. Ludere ſeſquihoram, deinde ad ſtudium me recipere.

B. Vin' tu ut colluſor ſim?

A. Quidni velim?

B. Quo luſu nos exercebimus?

A. Nullus mihi jucundior eſt pilâ palmariâ.

B. Nec mihi quidem

A. Videamus igitur, an cæteri partes ſortiti ſunt, nam ſi ſoli luderemus, minus voluptatis eſſet.

ORDO.

claſſes fecérunt? *B.* Quiſque primus decúrio trium proximárum cláſſium pronunciávit unam ſenténtiam e ſacris líteris. *A.* Nonne eſtis precáti, ut ſolémus? *B.* Sumus precáti, et quidem ludimagíſtro præſénte; verò ubi eras tu? *A.* Iveram domum, accerſítus a matre. *B.* Nunc ígitur, quid cogitas fácere? *A.* Lúdere ſeſquihóram, deínde recípere me ad ſtúdium. *B.* Viſne tu nt ſim collúſor? *A.* Quidni velim? *B.* Quo luſu exercébimus nos? *A.* Nullus *luſus* eſt jncúndior mihi palmáriâ pílâ. *B.* Nec mihi quidem. *A.* Videamus ígitur, an cæteri ſunt ſortiti partes, nam ſi luderémus ſoli, eſſet minus voluptátis.

COLL. LXXXVII.

A. QUÆ arbores ſunt in horto veſtro?

B. Hortum ſuberbanum habemus, in quo ſunt olera, quibus quotidiè veſcimur? præterea in fundo noſtro ſunt horti bini variis arboribus conſiti.

A. Quæ olera in horto ſunt?

B. Mater tibi meliùs de hoc reſpondere poſſet; nam ſæpe illic verſatur, aut ſerendi causâ, aut farriendi, aut aliquid colligendi.

A. Sed

ORDO.

A. Quæ árbores ſunt in veſtro horto? *B.* Habémus hortum ſuburbánum, in quo ſunt ólera, quibus véſcimur quotídiè; prætéreà in noſtro fundo ſunt bini horti cónſiti váriis arbóribus. *A.* Quæ ólera ſunt in horto? *B.* Mater poſſet reſpondére tibi méliùs de hoc; nam ſæpe verſátur illic,

A. Sed tamen dic mihi aliquot olerum nomina,

B. Parùm prodeſſet tibi nomina recenſere, niſi res ipſas videres; quin in hortum eamus.

A. Potes ire quando libet?

B. Poſſum, quidem, matre permittente.

A. Amabo, fac permittat, ſed eâ lege, ut me tibi comitem aſſumas.

B. Id facillimè fiet, tantùm hìc me expecta, mox redibo.

A. Quid ſi ea non ſit domi?

B. Tamen tibi renunciabo.

A. Deus benè vertat.

ORDO.

aut causâ ferèndi, aut fariéndi, aut colligéndi áliquid. *A.* Sed tamen dic mihi nómina áliquot ólerum. *B.* Prodéſſet parùm recenſére nómina tibi, niſi vidéres res ipſas; quin eámus in hortum. *A.* Potes ire quando libet? *B.* Poſſum quidem, matre permittènte. *A.* Amábo. fac *ut* permíttat, ſed eâ lege, ut aſsúmas me cómitem tibi. *B.* Id fiet facíllimè, tantùm expécta me hìc, redíbo mox. *A.* Quid ſi ea non ſit domi? *B.* Tamen renunciábo tibi. *A.* Deus vertat benè,

---

COLL. LXXXVIII.

A. HODIE pecuniam a fratre accepi, ſi forte tibi opus eſt.

B. Nunc mihi nihil opus eſt; ſed tamen maximam tibi gratiam habeo. quod, pro liberalitate tuà, ultro mihi beneficium offers; nam quotuſquiſque id facit?

A. Credo pauciſſimos? tamen tu me ſæpiùs beneficiis provocâſti.

B. Illa adeò parva fuerunt, ut commemoratione digna non ſunt.

A. Non parvum beneficium eſt, quod ab optimâ voluntate profectum eſt.

B. Utinam tam Dei beneficia erga nos expenderemus, quàm hominum ſolemus.

A. Faxit ille, ut in ea cogitatione

ORDO.

A. Accépi pecúniam a fratre hódiè, ſi fortè eſt opus tibi. *B.* Nihil eſt opus mihi nunc; ſed tamen hábeo máximam grátiam tibi, quòd pro tuâ liberalitáte, offers beneficium mihi ultro; nam quotuſquíſque facit id? *A.* Credo paucíſſimos; tamen tu provocavíſti me ſæpiùs beneficiis. *B.* Illa fuérunt ádeò parva, ut non ſunt digna commemoratióne. *A.* Non eſt parvum beneficium, quod eſt profectum ab óptimâ voluntáte. *B.* Utinam expenderémus beneficia Dei erga nos tam, quàm ſolémus *illa* hóminum. *A.* Ille faxit,

ut

gitatione sæpiùs et diligentiùs nos exerceamus.

B. Illud profectò necessarium est, si ejus benignitatem sæpiùs experiri volumus.

ORDO.

ut exerceámus nos sæpiùs et diligéntiùs in hâc cogitatióne. *B.* Profectò illud est necessárium, si vólumus experiri ejus benignitátem sæpiùs.

COLL. LXXXIX.

A. DEMIROR unde nunc venis.

B. Redeo domo, præceptor.

A. Cur iviſti domum?

B. Petitum merendam.

A. Quamobrem non attuliſti?

B. Mater erat occupata.

A. Quid tum, debuiſti exire meo injuſſu?

B. Non debui, fateor.

A. Quid meruiſti igitur?

B. Accipere plagas: ſed ignoſce mihi, quæſo, præceptor.

A. Cur non petiviſti exeundi poteſtatem?

B. Quia non audebam te interpellare.

A. Quid agebam?

B. Tenebas libellum, et legebas aliquid.

A. Fieri poteſt, ſed tamen vos ſæpe ob leviorem rem me interpellatis; nunc igitur ad vapulandum te para.

B. Parce mihi, obſecro, præceptor.

A. Sine ut cogitem tantiſper priùs; age, parco, tum quia ingenuè confiteris, tum quòd mihi ſtudioſus ſatis videris.

B. Ago tibi gratias maximas, præceptor humaniſſime.

ORDO.

A. Demíror unde venis nunc. *B.* Rédeo domo, præcéptor. *A.* Cur iviſti domum? *B.* Petítum meréndam. *A.* Quámobrem non attulíſti *eam?* *B.* Mater erat occupáta. *A.* Quid tum, debuíſti exíre meo injuſſu? *B.* Non débui, fáteor. *A.* Quid meruíſti ígitur? *B.* Accípere plagas; ſed ignóſce mihi, quæſo, præcéptor. *A.* Cur non petiviſti poteſtatem exeúndi. *B.* Quia non audébam interpelláre te. *A.* Quid agébam? *B.* Tenébas libéllum, et legébas áliquid. *A.* Poteſt fieri; ſed tamen vos ſæpe interpeliátis me ob leviórem rem, nunc ígitur para te ad vapulándum. *B.* Parce mihi óbſecro, præcéptor. *A.* Sine *me* ut cógitem tantíſper priùs; agè, parco, tum quia confitéris ingénuè, tum quòd vidéris mihi ſtudióſus ſatis. *B.* Ago máximas grátias tibi, humaníſſime præceptor.

COLL. XC.

A. SALVE, præcepto.r

B. Salvete et vos; an ſurrexerunt omnes?

A. Omnes præter parvulos.

B. Num quis ægrotat?

A. Nemo, gratia Deo.

B. Quid agunt?

A. Alii ſe induunt, alii graviter ſtudent.

B. Adeſtne vobis Hypodidaſculus?

A. Jamdudum.

B. Ite igitur precatum, ac Deo diligenter vos commendate per Jeſum Chriſtum deprecatorem noſtrum; deinde in ſtudiis veſtris pergite uſque ad jentaculi horam.

A Ita ſolemus, præceptor.

B. Credo equidem; ſed quia ferè ſomniculoſi ac negligentes eſtis, idcircò vos ſæpiùs admoneo.

A. Gratiam habemus, præceptor humaniſſime; nunquid prætereà vis?

B. Dic famulo, ut togam adferat

ORDO.

A. Præcéptor, ſalve. *B.* Et vos ſalvéte; an omnes ſurrexérunt? *A.* Omnes præter párvulos. *B.* Num quis ægrótat? *A.* Nemo, gratia Deo. *B.* Quid agunt? *A.* Álii índuunt ſe, álii ſtudent gravitèr. *B.* Hypodidaſculúſne adeſt vobis? *A* Jamdúdùm. *B.* Ite precátum ígitur, ac commendáte vos Deo diligéntèr per Jeſum Chriſtum noſtrum deprecatórem; deinde pérgite in veſtris ſtúdiis uſquè ad horam jentaculi. *A.* Ita ſolémus, præcéptor. *B.* Credo équidem; ſed quia ferè eſtis ſomniculóſi ac negligéntes, idcircò admóneo vos ſæpiùs. *A.* Habémus grátiam, humaníſſime præcéptor; nunquid vis prætéreà? *B.* Dic fámulo, ut ádferat togam.

COLL. XCI.

A. PRÆCEPTOR, licetne pauca dicere?

B. Loquere.

A. Nos duo proponebamus, ſi tibi placet, ire foras ambulatum, dum cæteri ludunt.

B. Quò vultis ire?

A. In proxima ſuburbana.

B. Quid

ORDO.

A. Præcéptor, licétne dícere pauca? *B.* Lóquere. *A.* Nos duo proponebámus ire foras ambulátum, ſi placet tibi, dum cæteri ludunt. *B.* Quò vultis ire? *A.* In próxima ſuburbána.

B. Autem

B. Quid autem inter ambulandum agetis?

A. Colloquium aliquod tractabimus, ſed de rebus bonis et honeſtis; hæc temporis ſerenitas, et tam pulchra terræ facies nobis aliquod argumentum præbebunt.

B. Nunquam deeſt Deum laudandi materia, duntaxat veris ejus cultoribus.

A. Nunquam profectò; ſed ut ad propoſitum revertamur? permittes nobis, præceptor, extra urbem prodire?

B. Niſi fidelitas veſtra mihi perſpecta eſſet, et verus literarum amor, nunquam permitterem, præſertim cùm pravi adoleſcentes me ſæpe in hoc genere fefellerunt; vos prodite igitur, et maturè ad cœnam revertimini.

ORDO.

B. Autem quid agétis inter ambulándum? *A.* Tractábimus áliquod collóquium, ſed de bonis it honéſtis rebus; hæc ſerénitas témporis, et tam pulchra fácies terræ præbébunt áliquod argumèntum nobis. *B.* Matéria laudándi Deum nunquam deeſt, duntáxat veris cultóribus ejus. *A.* Nunquam profécto: ſed ut revertámur ad propóſitum; permíttes nobis prodíre extra urbem, præcéptor? *B.* Niſi veſtra fidélitas eſſet perſpécta mihi, et verus amor literárum, nunquam permitterem, præsértim cùm pravi adoleſcéntes fefellérunt me ſæpe in hoc génere; vos prodíte ígitur et revertímini matúrè ad cœnam.

COLL. XCII.

A. PRÆCEPTOR, licetne ire domum cras?

B. Quid eò?

A. Petitum panem.

B. Nonne tibi reſtat?

A. Reſtat quidem, ſed parum admodum.

B. Eſtne tecum iturus frater?

A. Pater juſſit.

B. Quando illum conveniſti?

A. Die Jovis, quum in hanc urbem venit.

B. Ubi illum vidiſti?

A. Apud forum.

B. Non

ORDO.

A. Præcéptor, licétne ire domum cras? *B.* Quid eò? *A.* Petítum panem. *B.* Nonne reſtat tibi? *A.* Reſtat quidem, ſed ádmodùm parùm. *B.* Eſtne frater itúrus tecum. *A.* Pater juſſit. *B.* Quando conveníſti illum? *A.* Die Jovis, quum venit in hanc urbem. *A.* Ubi vidiſti illum? *A.* Apud forum.

B. Non

B. Non mentiris?

A. Non mentior.

B. Unde probatis?

A. Sunt aliquot ex meis condiſcipulis, qui aderant.

B. Qui?

A. Adſunt *Blaſius* et *Audax*.

B. Eſtne verum pueri?

A. Omnino verum.

B. Quî ſcitis?

A. Patrem ejus vidimus, et verba ipſa audivimus.

B. Si ita eſt, permitto, ut cum fratre eas domum.

A. Vale, præceptor.

B. Dominus Deus vos ſervet.

A. Idem tibi ex animo precamur.

B. Sed heus! quando huc aderitis?

A. Cras veſpere, Deo juvante.

B. Cura ut promiſſi memineris.

A. Curabo.

B. Scilicet, ut ſoles.

A. Imò meliùs ſpero.

B. Nunquid vis?

A. Ut parentibus meis verbis ſalutem dicas.

B. Faciam libenter, vale iterum præceptor.

A. Vos valete quoque, et lento gradu ambulate, propter ſolis æſtum.

B. Ita ſolemus facere.

ORDO.

B. Non mentíris? *A.* Non méntior. *B.* Unde probábis? *A.* Sunt áliquot ex meis condiſcípulis, qui áderant. *B.* Qui? *A. Blaſius* et *Audax* ádſunt. *B.* Eſtne verum, púeri? *A.* Omnínò verum. *B.* Quî ſcitis? *A.* Vídimus ejus patrem, et audívimus verba ipſa. *B.* Si eſt ita, permítto, ut eas domum cùm fratre. *A.* Vale, præcéptor. *B.* Dóminus Deus ſervet vos. *A.* Precámur idem tibi ex ánimo. *B.* Sed heus! quando adéritis huc? Cras véſpere, Deo juvánte. *B.* Cura ut memíneris promíſſi. *A.* Curábo. *B.* Scílicet, ut ſoles. *A.* Imò mélius, ſpero. *B.* Nunquid vis? *A.* Ut dicas ſalútem paréntibus meis verbis. *B.* Fáciam libénter, vale íterum, præcéptor. *A.* Vos valéte quoque, et ambuláte lento gradu, propter æſtum ſolis. *B.* Ita ſolémus fácere.

COLL. XCIII.

A. LICETNE mihi Tutorem adire, præceptor?

B. Quæ cauſa te movet?

A. Ille juſſit, ut ſe hodiè eo venirem, ſi liceret.

B. Quando

ORDO.

A. Licétne mihi adíre Tutórem, præcéptor? *B.* Quæ cauſa movet te? *A.* Ille juſſit, ut convenírem ſe hódiè, ſi licéret.

B. Quando

B. Quando juſſit?

A. Nudius tertiùs?

B. Ubi illum vidiſti?

A. In areâ, quæ eſt e regione templi.

B. At vide ne mentiaris.

A. Mendacium a me abſit; ſi vis, aliquot teſtes ex condiſcipulis dabo, qui mecum aderant.

B. Qui ſunt illi?

A. Daniel et Corderius; viſne ut accerſam?

B. Mane, ego illos conveniam; ſed dic mihi, quid tutor tuâ operâ eget?

A. Ad deſcribendum aliquid.

B. Quâ horâ igitur vis illum adire?

A. Nunc, ſi tibi placet.

B. Quando huc redibis?

B. Cùm primùm me dimiſerit.

B. Nunc abi, atque dicito ex me ſalutem plurimam.

A. Faciam libenter.

ORDO.

B. Quando juſſit? *A.* Núdius tértiùs. *B.* Ubi vidíſti illum? *A.* In áreâ, quæ eſt e regióne templi. *A.* Vide ne mentiáris. *A.* Mendácium abſit a me: ſi vis, dabo áliquot teſtes ex condiſcípulis, qui áderant mecum. *B.* Qui ſunt illi? *A.* Dániel et Cordérius; viſne ut accérſam *eos?* *B.* Mane, ego convéniam illos; ſed dic mihi, quid Tutor eget tuâ operâ? *A.* Ad deſcribéndum áliquid. *B.* Quâ horâ ígitur vis adíre illum? *A.* Nunc, ſi placet tibi. *B.* Quando redíbis huc? *A.* Cùm primùm dimíſerit me. *B.* Nunc abi, atque dícito plûrimam ſalútem ex me. *A.* Fáciam libénter.

COLL. XCIV.

A. LICETNE prodire, præceptor?

B. Quò?

A. Primùm ad ſartorem, deinde ad tonſorem.

B. Cur ad ſartorem?

A. Ut tibialia reficienda curem.

B. Suntne lacerata?

A. Adeò lacerata, ut non poſſum induere.

B. Cur ad tonſorem?

A. Ut illi oſtendam ulcus, quod illis diebus in femore exortum eſt.

B. De-

ORDO.

A. Licétne prodíre, præcéptor? *B.* Quò? *A.* Primùm ad ſartórem, deinde ad tonſórem. *B.* Cur ad ſartórem? *A.* Ut curem tibiália reficiénda. *B.* Suntne laceráta? *A.* Adeò laceráta, ut non poſſum indúere. *B.* Cur ad tonſórem? *A.* Ut oſténdam ulcus illi, quod eſt exórtum in fémore illis diébus.

B. De-

B. Detege, ut videam.

A. Vide, quando ita tibi placet.

B. Eſt furunculus.

A. Ita conjiciebam.

B. Cum tonſori aperueris, roga illum, ut emplaſtrum ulceri aptum adhibeat.

A. Faciam ut ſuades.

B. Sed nunquis eſt, qui tecum prodire velit?

A. Imò, Joannes Fluvianus.

B. Vult tonſorem adire quoque?

A. Maximè.

B. Ite unà igitur, et ſimiliter redite.

A. Nunquid prætereà vis?

B. Ut reditum maturetis, ne veſtrâ merendâ multemini.

A. Ita ſpero.

ORDO.

B. Détege, ut vídeam. *A.* Vide, quando ita placet tibi. *B.* Eſt furúnculus. *A.* Ita conjiciébam. *B.* Cùm aperúeris tonsóri, roga illum, ut adhíbeat aptum empláſtrum úlceri. *A.* Fáciam ut ſuades. *B.* Sed nunquis eſt, qui velit prodíre tecum? *A.* Imò, Joánnes Fluviánus. *B.* Vult adíre tonsórem quoque? *A.* Maximè. *B.* Ite una ígitur, et ſimíliter redíre. *A.* Nunquid vis prætéreà? *B.* Ut maturétis réditum, ne multémini veſtrâ meréndâ. *A.* Ita ſpero.

COLL. XCV.

A. CONVENISTI igitur Petrum hodie?

B. Hodiè.

A. Ubi?

B. In templo.

A. Quotâ horâ?

B. Octavâ matutinâ.

A. Nunquid eum rogâſti, quando ad Scholam rediturus ſit?

B. Rogavi.

A. Quid dixit?

B. Dixit ſe neſcire.

A. Debuiſti ad reditum exhortari.

B. Feci, et quidem verbis multis.

A. Benè feciſti, ſed quid ille reſpondit?

B. Sed adhuc a patre detineri ad colligendos fructus.

A. Quid ſi ad ipſum patrem de ſcholæ noſtræ ſtatu ſcribas, nam fortaſſè movebitur, ut filium citiùs remittat.

B. Si

ORDO.

A. Conveníſti Petrum ígitur hódiè. *B.* Hódiè. *A.* Ubi? *B.* In templo. *A.* Quotâ horâ? *B.* Octávâ matutínâ. *A.* Nunquid rogavíſti eum, quando ſit reditúrus ad Scholam? *B.* Rogávi. *A.* Quid dixit? *B.* Dixit ſe neſcíre. *A.* Debuíſti exhortári *eum* ad réditum. *B.* Fecí, et quidem multis verbis. *A.* Feciſte benè, ſed quid ille reſpóndit? *B.* Se detinéri adhuc a patre ad colligéndos fructus. *A.* Quid ſi ſcribas

B. Si ita tibi videtur, faciam, idque diligenter.

A. Fac igitur primo tempore? ſed audi, ſcribe pleniſſimè; deinde literas tuas mihi oſtende, priuſquàm des perferendas.

B. Faciam ſedulò, præceptor.

ORDO.

bas ad patrem ipſum de ſtatu noſtræ ſcholæ, nam fortáſſe movébitur, ut remíttat filium cítiùs. *B.* Si ita vidétur tibi, fáciam, idque diligénter. *A.* Fac ígitur primo témpore; ſed audì, ſcribe pleníſſimè; deindè oſténde tuas líteras mihi, priúſquàm des perferéndas. *B.* Fáciam sédulò, præcéptor.

COLL. XCVI.

A. QUA pecuniâ librum illum emiſti?

B. Quâ cenſes, niſi meâ?

A. Moror unde dabueris?

B. Quid miraris? an debeo tibi rationem reddere?

A. Egone exigo?

B. Videris exigere.

A. Non exigo, inquam, ſed ſic inter nos familiariter et liberè ſolemus confabulari.

B. Ea res, fateor, plurimùm ad facultatem loquendi Latinè confert; ſed nemo tam lenis eſt, quin interdum ſubiraſcitur.

A. Eſt ut dicis, ſed puerorum ira brevis eſt.

B. Quod autem de pecuniâ rogabas, eam a patre accepi.

A. Quando venit?

B. Octo dies abhinc.

A. Miror quòd eum non viderim.

B. Non eſt quòd mireris.

A. Quid ita?

B. Quia vix ſuſquihoram moratus eſt; nam quum de equo diſcendiſſet, atque me paucis

ORDO.

A. Quâ pecúniâ emíſti illum librum? *B.* Quâ cenſes, niſi meâ? *A.* Miror unde habúeris? *B.* Quid miráris; an débeo réddere ratiónem tibi? *A.* Egóne éxigo? *B.* Vidéris exígere. *A.* Non éxigo, inquam, ſed ſic ſolémus confabúlari inter nos familiáriter et líberè. *B.* Ea res, fáteor, confert plúrimum ad facultátem loquéndi Latínè: ſed nemo eſt tam lenis, quin intérdum ſubiráſcitur. *A.* Eſt ut dicis, ſed ira puerórum eſt brevis. *B.* Autem quod rogábas de pecúniâ, accépi eam a patre. *A.* Quando venit? *B.* Octo dies abhinc. *A.* Miror quòd non víderim eum. *B.* Non eſt quòd miréris. *A.* Quid ita? *B.* Quia vix eſt morátus ſeſquihóram; nam quum deſcendíſſet de equo, atque eſſet allocútus me paucis

paucis allocutus esset; ascendamus, inquit, in cubiculum tuum, ut tecum liberiùs loquar.

A. Sed antequam cætera narras, scire velim, quid sibi vellet ejus adventus tam inopinatus.

B. Audierat quodam rumore falso, ut fit, me ægrotum esse.

A. Quid ille, cùm præter spem te valentem invenit?

B. Mirificè gavisus est.

A. Quis dubitat?

B. Prætereà maximas egit gratias Deo omnipotenti.

A. Hæc libenter audio? perge quæso.

B. Tum me de valetudine percontatur; precamur unà, non sine gratiarum actione; tandem quærit, ecquid mihi opus sit.

A. Opus est, inquam, pater. Quâ res eges? inquit.

B. Libro decem assium, inquam; tum ille ex marsupio solidum promit, mihi in manum dat, et vale dicto statim equum conscendit, atque abit.

A. Cur tibi plus dedit quàm petiveras?

B. Istud ineptè quæris, scilicet, ita lætus erat, quia me sanum præter spem offenderat: quòd si auream coronam petiissem, mihi tam facilè dedisset.

A. O quantum illi summo patri debes, qui tibi patrem adeò bonum dedit!

B. Nequidem cogitari potest quantum debeam? nam etiamsi malum dedisset, tamen non parum deberem.

A. Sed

ORDO.

verbis; inquit, ascendámus in tuum cubículum, ut loquar tecum libériùs. *A.* Sed ántequam narras cætera, velim scire, quid ejus tam inopinátus advéntus vellet sibi. *B.* Ut sit, audíverat quodam falso rumóre me esse ægrótum. *A.* Quid ille *dixit*, cùm invénit te valéntem præter spem? *B.* Est gavísus mirificè. *A.* Quis dúbitat? *B.* Prætéreà egit máximas grátias omnipoténti Deo. *A.* Aúdio hæc libénter; perge, quæso. *B.* Tum percontátur me de valetúdine; precámur unà, non fine actióne gratiárum; tandem quærit, ecquid sit opus mihi. Inquam, pater, est opus. Inquit, quâ re eges? Inquam, *égeo* libro decem ássium; tum ille promit sólidum ex marsúpio, dat mihi in manum, et dicto vale, statim ascéndit equum, atque abit. *A.* Cur dedit plus tibi quàm petíveras? *B.* Quæris istud inéptè, scílicet, erat ita lætus, quia offenderat me sanum præter spem, quòd si petivíssem aúream corónam, dedísset mihi tam facilè. *A.* O quantum debes illi summo patri, qui dedit ádeò bonum patrem tibi! *B.* Ne potest cogitári quidem quantum débeam; nam etiámsi de

disse

A. Sed quìd ceſſamus ire auditum prælectionem, jam inſtat hora tertia.

B. Omnia mihi ſunt parata.

A. Et mihi quoque.

B. Eamus ergò in auditorium.

ORDO.

díſſet malum *patrem*, tamen non debérem parùm. *A.* Sed quìd ceſsámus ire auditum prælectiónem, jam tértia hora inſtat. *B.* Omnia ſúnt paráta mihi. *A.* Et mihi quoque. *B.* Eámus ergò in auditórium.

COLL. XCVII.

A. AUDIO fratrem tuum jam e Germaniâ rediiſſe.

B. Sic eſt.

A. Rediitne ſolus?

B. Non omninò.

A. Quis igiter cum illo venit?

B. Quidam hujus oppidi civis, qui illic ferè biennium habitaverat.

A. Cur ivit frater?

B. A patre miſſus fuit, ut Germanicè loqui diſceret.

A. Quamobrèm igitur non illic diutiùs fuit?

B. Non poterat matris deſiderium ferre.

A. O adoleſcentem tenellum! quorum annum agit?

B. Decimum ſeptimum, ſi rectè meminit mater, ex qua id ſæpius audivi.

A. Agè quo vultu eſt ejus adventus a patre acceptus?

B. Rogas? pater non ſuſtinuit eum aſpicere; quinetiam nec ſalutare nec alloqui dignatus eſt; ſed juſſit eum e ſuo conſpectu abire.

A. Quid prætereà?

B. Niſi mater cum lachrymis interceſſiſſet, apparitorem accerſi juſſerat, qui miſerum in carcerem conjiceret.

A. Atqui

ORDO.

A. Aúdio tuum fratrem redivíſſe jam e Germániâ. *B.* Sic eſt. *A.* Redivítne ſolus? *B.* Non omnínò. *A.* Quis venit cum illo ígitur? *B.* Quidam civis hujus óppidi, qui habitáverat illic ferè biénnium. *A.* Cur fráter ivit? *B.* Fuit miſſus a patre, ut díſceret loqui Germánicè. *A.* Quámobrem ígitur non fuit illic diútiùs? *B.* Non póterat ferre deſidérium matris. *A.* O tenéllum adoleſcéntem! quotum annum agit? *B.* Séptimum décimum, ſi mater méminit rectè, ex quâ audívi id ſæpiùs. *A.* Agè, quo vultu eſt ejus advéntus accéptus a patre? *B.* Rogas? pater non ſuſtínuit aſpícere eum: quinétiam eſt dignátus nec ſalutáre nec álloqui; ſed júſſit eum abíre e ſuo conſpéctu. *A.* Quid prætéreá? *B.* Niſi ma-

A. Atqui non poterat injuſſu magiſtratûs.

B. Neſcio, conabatur tamen.

A. Quid poſtea factum eſt? cubuitne domi veſtræ?

B. Minimè verò.

A. Ubi igitur?

B. Nôſti meæ ſororis virum?

A. Tanquam te.

B. A matre eò miſſus eſt, dum patris ira deferveſceret.

A. Quid accidit tandem?

B. Mater cum noſtris propinquis et amicis egit, ut patrem iratum mitigarent.

A. Sic igitur frater tuus in gratiam cum patre rediit.

B. Id magni negotii non fuit; nam jam patrem pœnitere cœperat, quòd ſic excanduiſſet, quòdque filium tam gravitet accepiſſet.

A. Nempe ejus iram tempus lenierat.

B. Tamen eum eâ lege recepit, ut in Germaniam ſtatim a vindemiâ ſe rediturum promitteret.

A. Vide quàm ineptus iſte affectus in noſtras matres ſit.

B. Atqui matres ipſæ in causâ ſunt; nam cur nos adeò tenerè amant?

A. Naturam cogere difficile. Teneſne verſum ex Horatio in eam ſententiam?

B. Maximè.

ORDO.

ter interceſſiſſet cum láchrymis júſſerat apparitórem accérſi, qui conjíceret míſerum in cárcerem. *A.* Atqui non póterat injúſſû magiſtrátûs. *B.* Néſcio, tamen conabátur. *A.* Quid eſt factum póſteà? cubuítne veſtræ domi? *B.* Mínimè verò. *A.* Ubi ígitur? *B.* Noviſti virum meæ ſoróris? *A.* Tanquam *novi* te. *B.* Eſt miſſus eò a matre, dum ira patris defervéſceret. *A.* Quid áccidit tandem? *B.* Mater egit cum noſtris propinquis et amícis, ut mitigárent irátum pátrem. *A.* Sic ígitur tuus frater redívit in grátiam cum patre. *B.* Id non fuit magni negótii; nam jam cœperat pœnitére patrem, quòd excanduíſſet ſic, quódque accepíſſet fílium tam gráviter. *A.* Nempe tempus leniverat ejus iram. *B.* Tamen recépit eum eâ lege, ut promítteret ſe reditúrum in Germániam ſtatim a vindémiâ. *A.* Vide quàm inéptus iſte affectus in noſtras matres ſit. *B.* Atqui matres ipſæ ſunt in causâ; nam cur amant nos ádeò ténerè? *A.* Eſt difficile cógere natúram. Tenéſne verſum ex Horátio in eam ſententiam? *B.* Máximè.

COLL. XCVIII.

A. QUANDO rediisti domo?

B. Tantùm hodiè.

A. Ubi est frater tuus?

B. Mansit domi.

A. Cur mansit?

B. Ut cum matre prandéret.

A. Cur non mansisti et tu?

B. Jam cum patre prandéram.

A. Quis vobis ministrabat?

B. Ancilla.

A. Ubi erat mater?

B. Domi etiam, sed occupata.

A. In quâ re?

B. In recipiendo tritico, quod nobis advectum fuerat.

A. Quando domum redibis?

B. Quum á patre accersor.

A. Quo die istud erit?

B. Fortasse hinc ad quatuor dies.

A. Cur vos tam sæpe commeatis?

B. Sic parentes volunt.

A. Quid domi agitis?

B. Quod a parentibus jubemur.

A. Sed interim studiorum tempus perit.

B. Non omninò perit.

A. Quid igitur?

B. Quoties pater non necessariò occupatus est, nos omnibus horis exercet, manè, ante et post prandium, ante cœnam, a cœnâ satis diù; postremò, etiam antequam eamus cubitum.

A. Quibus rebus vos exercet?

B. Ea potissimùm a nobis exigit, quæ totâ hebdomade in Scholâ didicimus.

A. In-

ORDO.

A. Quando redivísti domo? *B.* Tantúm hódiè. *A.* Ubi est tuus frater? *B.* Mansit domi. *A.* Cur mansit? *B.* Ut prandéret cum matre. *A.* Cur non et tu mansísti? *B.* Pránderam jam cum patre. *A.* Quis ministrábat vobis? *B.* Ancílla. *A.* Ubi erat mater? *B.* Domi étiam, sed occupáta. *A.* In quâ re? *B.* In recipiéndo trítico, quod fúerat advéctum nobis. *A.* Quando redíbis domum? *B.* Quum accérsor a patre. *A.* Quo die istud erit? *B.* Fortásse ad quátuor dies hinc. *A.* Cur vos commeátis tam sæpe? *B.* Sic paréntes volunt. *A.* Quid ágitis domi? *B.* Quod jubémur a paréntibus. *A.* Sed ínterim tempus studiórum perit. *B.* Non perit omnínò. *A.* Quid ígitur? *B.* Quóties pater non est occupátus necessáriò, exércet nos ómnibus horis, manè, ante et post prándium, ante cœnam, a cœnâ diù satis, postrémò, étiam ántequam eámus cúbitum. *A.* Quibus rebus exércet vos? *B.* Exigit ea potíssimum a nobis, quæ didici-

A. Inſpicit themata, ac nos de iis interrogat; ſæpe dat nobis aliquid Latinè vel Anglicè deſcribendum; interdum etiam proponit nobis ſententiam ſermone vernaculo Latinè vertendam; interdum contrà aliquid Latinum Anglicè reddere jubet; poſtremò, ante et poſt cibum, ſemper aliquid ex bibliis Anglicis legimus, idque totâ familiâ preſente.

B. Nihilne de catechiſmo interrogat?

A. Id facit omni die Dominico, niſi domo abſit.

B. Mira narras, ſi modò vera ſint.

A. Imò longè plura ſunt, quàm quæ narravi; nam morum civilitatem ablitus ſum, de quâ etiam nos in mensâ admonere ſolet.

B. Cur pater veſter tantum laborem ſumit in vobis docendis?

A. Ut ſic intelligat, num in ſcholâ operam ludamus, et tempore abutamur.

B. Diligentia hominis mira eſt, atque etiam prudentia; O quàm divincti patri cœleſti eſtis, qui talem patrem in terrâ vobis dedit!

A. Faxit ille, ut nunquam hoc obliviſcamur, et cætera ejus beneficia.

B. Iſtud bonum et pium optatum eſt; cura et non modò in ore, ſed in animo etiam habeas.

A. Habeo tibi gratias, quòd me tam fideliter mones.

B. Officium benè monendi omnibus

ORDO.

mus in ſcholâ totâ hebdómade. *A.* Inſpicit thémata, ac intérrogat nos de iis; ſæpè dat nobis áliquid deſcribéndum Latínè vel Anglicè; intérdum etiam propónit ſenténtiam nobis vernáculo ſermóne verténdam Latínè; interdum contrà, jubet réddere áliquid Latínum Anglicè; poſtrémò, ante et poſt cibum, ſemper légimus áliquid ex Anglicis bíbliis, idque totâ familiâ præſénte. *B.* Interrogátne nihil de catechíſmo? *A.* Facit id omni Domínico die, niſi abſit domo. *B.* Narras mira, ſi modò ſint vera. *A.* Imò ſunt longè plura, quàm quæ narrávi; nam ſum oblítus civilitátem morum de quâ etiam ſolet admonére nos in mensâ. *B.* Cur veſter pater ſumit tantum labórem in docéndis vobis? *A.* Ut ſic intelligat, num ludámus óperam in ſcholâ, et abutámur témpore. *B.* Diligéntia hóminis eſt mira, atque étiam prudéntia; O quàm divínci eſtis cœléſti patri, qui dedit vobis talem patrem in terrâ! *A.* Ille faxit, ut nunquam obliviſcámur hoc, et cætera benefícia ejus. *B.* Iſtud eſt bonum et pium optátum; cura ut hábeas non modò in ore, ſed etiam in ánimo. *A.* Hábeo gratias tibi, quòd mones me tam fidéliter. *B.* Debémus

omnibus debemus, ſed maximè fratibus.

A. Fratibuſne ſolis igitur?

B. Dico eos potiſſimùm fratres hìc, qui nobis ex fide in Chriſto conjuncti ſunt.

A. Rectè judicas; ſed viſo, num frater tandem domo reverterit, nam admodum promptus eſt ad ceſſandum.

ORDO.

bémus officium monéndi benè ómnibus, ſed máximè frátribus. *A.* Fratribúſne ſolis ígitur? *B.* Dico eos potíſſimùm fratres hìc, qui ſunt conjúncti nobis ex fide in Chriſto. *A.* Júdicas rectè; ſed viſo, num tandem frater revérterit domo, nam eſt ádmodùm promptus ad ceſsándum.

COLL. XCIX.

A. ADES, Bernarde.

B. Adſum, præceptor.

B. Quid agunt tui condiſcipuli duo?

B. Adhuc eos ſubdoctor docet.

A. Tunc jam contextum prælectionis in craſtinum manè pronunciâſti?

B. Pronunciavi.

A. Satiſne rectè?

B. Satis, Deo gratia.

A Quis te audivit?

B. Ludimagiſter.

A. Benè habet; ſed eſt quod te monere velim.

B. Ego percupio iſtud audire.

A. Cogitandum eſt tibi ſæpenumero, quantum Deo bonorum omnium largitori debeas, qui tibi ingenium et tam felicem memoriam dederit.

B. Quid illi non debeam, qui mihi omnia dedit.

A. Dic aliquot ejus præcipua beneficia, quemadmodùm te aliquando docui.

B. Ille

ORDO.

A. Bernárde, ades. *B.* Præcéptor, adſum. *A.* Quid tui duo condiſcípuli agunt? *B.* Adhuc ſubdóctor docet eos. *A.* Tunc jam pronunciavîſti contéxtum prælectiónis in crâſtinum *diem* manè? *B.* Pronunciávi. *A.* Recténe ſatìs? *B.* Satìs, grátia Deo. *A.* Quis audívit te? *B.* Ludimagíſter. *A* Habet benè; ſed eſt *aliquid*, quod velim monére te. *B.* Ego percúpio audíre iſtud. *A.* Eſt cogitándem tibi ſæpenúmerò, quantum débeas Deo largitóri ómnium bonórum, qui déderit tibi ingénium et tam felícem memóriam. *B.* Quid non débeam illi, qui dedit mihi omnia? *A.* Dic áliquot ejus præcípua beneficia, quem ádmodùm dócui te aliquándo.

B. Ille pater cœleſtis dedit mihi corpus, animam, vitam, mentem bonam, parentes bonos, locupletes, nobiles, erga me bene affectos; et qui non modò omnia neceſſaria ad hanc vitam mihi copioſè, ſuppeditant, ſed etiam, quod eſt longè maximum, me bonis literis et bonis moribus tam diligenter inſtituendum curant, ut nihil prætereà requirendum ſit.

A. Omnia iſta verè dixiſti, ſed unum prætermiſiſti, quod ſingulare Dei beneficium eſt. Sciſne tu quid ſit?

B. Sine me pauliſper cogitare.

A. Cogita otioſè.

B. Nunc ego reminiſcor, ſed neſcio quibus verbis pro magnitudine rei id exprimere poſſim.

A. Tamen dic quo modo poſſis.

B. Cogito etiam atque etiam.

A. Dic tandem.

ORDO.

B. Ille cœlêſtis páter dedit mihi corpus, ánimam, vitam, bonam mentem, bonos, locuplétes, nóbiles paréntes, bene affécłos erga me; et qui non modò ſuppéditant ómnia neceſsária ad hanc vitam copió-é mihi, ſed etiam, quod eſt longè màximum, curant me inſtituéndum bonis literis et móribus tam diligénter, ut nihil prætéreà ſit requiréndum. *A.* Dixíſti ómnia ita verè, ſed prætermisíſti unum, quod eſt ſinguláre benefícium Dei. Sciſne tu quid ſit? *B.* Sine me cogitáre pauliſper. *A.* Cógita otióſe. *B.* Nunc ego reminíſcor, ſed neſcio quibus verbis poſſim exprimere id promagnitúdine rei. *A.* Tamen dic quo modo poſſis. *B.* Cógito étiam atque étiam. *A.* Dic tandem.

COLL. C.

A. PATER tuus, ut audivi, e Galliâ rediit.

B. Rediit ſanè.

A. Quando?

B. Die Lunæ veſperi.

A. Nonne fuit ejus adventus tibi moleſtus?

B. Quid? moleſtus! imò verò jucundiſſimus: ſed cur iſtud rogas?

A. Quia

ORDO.

A. Tuus pater redivit e Gálliâ, ut audívi. *B.* Redívit ſanè. *A.* Quando? *B.* Die Lunæ véſperi. *A.* Nonne fuit ejus advéntus moléſtus tibi? *B.* Quid? moléſtus! imò verò

A. Quia fortaſsè, illo abſente, eſt tibi poteſtas liberiùs vivendi.

B. Neſcio quam libertatem mihi narras.

A. Potandi, ludendi, curſitandi.

B. An igitur putas me nihil aliud agere, dum pater abeſt?

A. Sic ferè omnes ſolent.

B. Diſſoluti pueri quidem; nam quod ad me attinet, ſic vivo, patre abſente, ut eo præſente; quantum ſatis eſt bibo, cum tempus poſtulat ludo, non diſcurro, ſed in publicum prodeo cum bonâ veniâ matris, cùm aliquid negotii habeo.

A. Eſne tantopere matri ſubditus?

B. Æquè ac patri; nam quid putas, nonne æquale eſt præceptum Domini de utroque? Honora, inquit, patrem tuum et matrem tuam; quid inquit paulus noſter? filii parentibus in Domino obedite; nonne pater et mater parentibus nomine continentur?

A. Iſthuc a Latinis auctoribus obſervatur.

B. Quinetiam, ſi diſcrimen eſſet reverentiæ, plus videretur jure optimo matribus deberi, ut quæ propter nos tantos dolores, ac labores pertulerunt.

A. Novi iſta; et omnia, quæ dixiſti, mihi placent.

B. Dei beneficia erga me ſunt innumerabilia, in corpore, in animo, in rebus externis;

ORDO.

verò jucundiſſimus; ſed cur rogas iſtud? *A.* Quia fortáſsè, illo abſénte, eſt tibi potéſtas vivéndi libériùs. *B.* Néſcio quam libertátem narras mihi. *A.* Potándi, ludéndi, curſitándi. *B* An putas ígitur me ágere nihil áliud, dum pater abeſt? *A.* Sic ferè omnes ſolent. *B.* Diſſolúti púeri quidem nam quod áttinet ad me, vivo ſic patre abséntе, ut eo præséntе; bibo quantum eſt ſatìs, ludo cùm tempus póſtulat. non diſcúrro, ſed pródeo in públicum cum bonâ veniâ matris, cùm hábeo áliquid negótii. *A.* Eſne tantópere è ſúbditus matri? *B.* Æquè ac patri; nam quid putas, nonne eſt præceptum Dómini æquále de utróque? Inquit, honóra tuum patrem, et tuam matrem; quid noſter Paulus inquit; Filii obedíte paréntibus in Dómino; nonne pater et mater continéntur nómine paréntis? *A.* Iſthuc obſervátur a Latínis auctóribus. *B.* Quinétiam, ſi eſſet diſcrimen reveréntiæ, viderétur plus debéri mátribus óptimo jure, ut quæ pertulérunt tantos dolóres, ac labóres propter nos. *A.* Novi iſta, et ómnia placent mihi, quæ dixíſti. *B.* Beneficia Dei erga me ſunt innumerabília in córpore, in ánimo, in extérnis rebus;

ſed

ternis; ſed nullum cogitari poteſt nec dici majus, quàm quòd mihi gratias dederit ſuum unicum filium, qui me miſerrimum peccatorem redemit, et captum ſub Satanæ tyrannide, ac æternæ morti deſtinatum; idque ſua morte crudeliſſimâ, et omnium maximè ignominiosâ.

A. Aptè ſatis dixiſti, et ferè totidem verbis quot aliàs te docueram; ſed nunquid tibi uni hoc tantum beneficium præſtitit?

B. Minimè vero.

A. Quibus prætereà?

B. Omnibus, quotquot evangelio fideliter ac verè crediderint.

A. Age, profer locum ex evangelio ſancti Joannis in eam ſententiam.

B. Deus ſic mundum dilexit, ut ſuum unicum filium daret, ut omnis, qui in eum credit non pereat, ſed vitam æternam habeant; nam Deus ſuum filium in mundum non miſit, ut mundum condemnet, ſed ut mundus per eum ſervetur; qui in eum credit non condemnatur; qui verò non credit jam condemnatus eſt; quia in nomen unigeniti filii Dei non credit.

A. Hactenus ſatis; ſed cujus ſunt iſta verba?

B. Ipſius Chriſti de ſe loquentis.

A. Quem alloquitur?

B. Nicodemum qui nocte ad eum venerat.

A. Chriſtus ipſe conſervator

ORDO.

ſed nullum majus poteſt cogitári nec dici, quàm quòd dederit ſuum únicum fílium mihi gratis, qui redémit me miſérrimum peccatórem, et captam ſub tyránnide Sátanæ, ac deſtinátum ætérnæ morti; idque ſuá crudelíſſimâ morte et máximè ignominiósâ omnium. *A.* Dixíſti aptè ſatis, et feré tótidem verbis, quot docúeram te âliàs; ſed nunquid præſtitit hoc tantum benefícium tibi uni? *B.* Minimè verò. *A.* Quibus prætéreà? *B.* Omnibus, quotquot credíderint evangélio fidéliter ac verè. *A.* Agè, profer locum ex evangélio ſancti Joánnis in eam ſenténtiam. *B.* Deus ſic diléxit mundum, ut daret ſuum únicum filium, ut omnis, qui credit in eum, non péreat ſed hábeat ætérnam vitam; nam Deus non miſit ſuum fílium in mundum, ut condémnet mundum, ſed ut mundus ſervétur per eum; qui credit in eum non condemnátur; verò qui non credit, jam eſt condemnátus; quia non credit in nomen unigéniti fílii Dei. *A.* Háctenùs ſatìs; ſed cujus ſunt iſta verba? *B.* Chriſti ipſíus loquéntis de ſe. *A.* Quem allóquitur? *B.* Nicodémum, qui vénerat ad eum nocte. *A.* Chriſtus ipſe noſter

únicus

tor noſter unicus faxit, ut magis ac magis in ipſius cognitione proficias.

B. Faciet, ſpero.

A. Perge igitur, ut cœpiſti, alacriter, quod Dominus in ſui nominis gloriam vertat.

B. Cur ergò mihi repugnabas?

A. Ut eâ repugnantiâ ſermonis materiam accerſerem; nam ut tute nôſti, præceptor nos ſæpe hortatur, ut noſtrum otium ejuſmodi ſermonibus impendamus.

B. Sanè eſt otium bonum, quod in negotio honeſto conſumitur.

A. Huc pertinet iſtud Africani apophthegma, qui dicebat ſe nunquam minùs otioſum eſſe, quàm cum otioſus eſſet; ut ex Cicerone didicimus.

B. Sed nunc tempus admonet, ut huic ſermoni finem imponemus.

A. Rectè mones; nam fortaſſe domi tardatur cœna tuâ causâ.

B. Loquemur plura in congreſſu noſtro proximo, ſi Dominus permiſerit.

A. Precor tibi noctem proſperam.

B. Et ego tibi.

ORDO.

únicus conſervátor faxit, ut profícias magìs ac magìs in cognitióne ipſius. *B.* Fáciet, ſpero. *A.* Perge ígitur alácriter, ut cœpíſti, quod Dóminus vertat in glóriam ſui nóminis. *B.* Cur repugnábas mihi ergò? *A.* Ut accérſerem matériam ſermónis eâ repugnántiâ; nam, ut tute novíſti, præcéptor hortátur nos ſæpe, ut impendámus noſtrum ótium in ſermónibus ejúſmodi. *B.* Sanè eſt bonum ótium, quod conſúmitur in honéſto negótio. *A.* Iſtud apophthégma Africáni pértinet huc, qui dicébat ſe eſſe nunquam minùs otióſum, quàm cùm eſſet otióſus; ut didícimus ex Ciceróne. *B.* Sed nunc tempus admónet, ut imponámus finem huic ſermóni. *A.* Mones rectè; nam fortáſsè cœna tardátur domi tuâ causâ. *B.* Loquémur plura in noſtro próximo congréſſu, ſi Dóminus permíſerit. *A.* Precor próſperam noctem tibi. *B.* Et ego tibi.

PHRASES

OF

CORDERY's CENTURY.

A Cœna.	*After ſupper.*
Accipere in bonam partem.	*To take well.*
Accipere in malam partem.	*To take ill.*
Actio gratiarum.	*Thankſgiving.*
Ad parietem.	*Againſt the wall.*
Ades optatus.	*You are welcome.*
Ad ſummum.	*At the fartheſt.*
Admonere aliquem.	*To admoniſh any.*
Admonere aliquem.	*To acquaint any.*
Admonere aliquem.	*To put any in mind.*
Afficere beneficio.	*To oblige.*
Afficere maleficio.	*To do an injury.*
Agere gratias.	*To thank.*
Amicus eſt alter idem.	*A friend is another ſelf.*
Beneficio Dei.	*By God's bleſſing.*
Capere majorem fructum.	*To get more profit.*
Causâ animi.	*For diverſion's ſake.*
Cedo librum.	*Give me the book.*
Celare aliquem.	*To conceal from any.*
Commodare alicui.	*To ſerve any body.*
Conſulere boni.	*To take in good part.*
Convenire aliquem.	*To meet with any.*
Craſtino die.	*To morrow.*
Dare vitio.	*To blame.*
Dare commodato.	*To lend.*
Dare mutuo.	*To lend.*
Dare operam.	*To help, give aſſiſtance.*
Dare operam.	*To endeavour.*
Deſcendere ex equo.	*To alight from a horſe.*
Deſcribere prælectionem.	*To write out the leſſon.*
Deus faxit.	*God grant.*
Dicere equum.	*To ſay right.*

Dicere ſalutem alicui.	*To ſalute any.*
Die Dominico.	*On Sunday.*
Die Lunæ.	*On Monday.*
Die Martis.	*On Tueſday.*
Die Mercurii.	*On Wedneſday.*
Die Jovis.	*On Thurſday.*
Die Veneris.	*On Friday.*
Die Saturni.	*On Saturday.*
E regione templi.	*Over againſt the church.*
Eâ lege.	*On that condition.*
Ediſcere prælectionem.	*To get off the leſſon.*
Eſſe a pedibus.	*To be a footman.*
Eſſe eo ingenio.	*To be of that temper.*
Eſſe ſui juris.	*To be at his own diſpoſal.*
Eſt mihi animus in literis.	*I have a pleaſure in learning.*
Eſt mihi.	*I have.*
Eſt mihi opus.	*I have need.*
Eſt ejus incipere.	*It is his turn to begin.*
Eſt tuum incipere.	*It is yours to begin.*
Ex aliquâ parte.	*In ſome meaſure.*
Ex magnâ parte.	*In a great meaſure.*
Ex more.	*According to cuſtom.*
Excidere alicui.	*To drop from any.*
Expectare aliquem.	*To ſtay for one.*
Expectare craſtinum diem.	*To ſtay till to-morrow.*
Expectare proximum mercatum.	*To ſtay till the next market.*
Expectare in horas.	*To expect every hour.*
Fac eſſe ita.	*Suppoſe it to be ſo.*
Facere certiorem.	*To inform.*
Facere miſſum.	*To diſmiſs.*
Facere gratum.	*To oblige.*
Facere periculum.	*To make a trial.*
Facere nihili.	*To ſlight.*
Facere magni.	*To value much.*
Facere pluris.	*To value more.*
Facere promiſſa.	*To perform promiſes.*
Ferendum æquo animo.	*Bearing patiently.*
Ferre æquo animo	*To bear patiently.*
Ferre impune.	*To go unpuniſhed.*
Ferre repulſam.	*To be denied.*
Habere doctum palatum.	*To have a nice taſte.*
Habere gratiam.	*To thank.*
Habere rationem temporis.	*To value one's time.*
Haud abs re.	*Not without reaſon.*
Heſterno die.	*Yeſterday.*
In merandam.	*For the drinking; for the beaver.*
In tranſitu.	*In paſſing.*
Incommodare ſtudio.	*To hinder ſtudy.*
Incumbere ſtudio.	*To apply to ſtudy.*
Ire domum	*To go home*

Major natu.	*The elder.*
Maximus natu.	*The eldeſt.*
Minor natu.	*The younger.*
Minimus natu.	*The youngeſt.*
Mitte me.	*Let me alone.*
Multo mane.	*Early in the morning.*
Nihil ad te.	*No buſineſs of yours.*
Nil mirum.	*No wonder.*
Non eſt quòd.	*There is no reaſon for that.*
Nondum rectè ſatis.	*Not right enough as yet.*
Obſonare famem.	*To get a ſtomach.*
Octo dies abhinc.	*Eight days ago.*
Per ripariam portam.	*Through the water-gate.*
Petere dono.	*To aſk as a preſent.*
Petere mutuo.	*To borrow.*
Poteſt fieri.	*It may be.*
Præſcribere lectionem.	*To ſet a leſſon.*
Præſcribere penſum.	*To ſet a taſk.*
Primâ pomeridianâ.	*At one in the afternoon.*
Pro alimentis.	*For boarding.*
Pronunciare lectionem.	*To ſay off the leſſon.*
Quâ gratiâ.	*On what account?*
Quî fit?	*How comes it to paſs?*
Quo fit?	*Whence comes it to paſs?*
Quid eo?	*Why thither? What to do there?*
Quid ſibi vult?	*What means it?*
Quid tibi velis?	*What can you mean?*
Quid tibi vis?	*What mean you?*
Quid refert tua?	*What is it to you? what's your buſineſs?*
Quot annos natus?	*How old? what age?*
Quotum annum agit?	*In what year is he?*
Quotâ horâ?	*At what o'clock?*
Recipere ad ſtudium.	*To go to ſtudy.*
Rectâ domum.	*Straight home.*
Reddere aliquid.	*To reſtore any thing.*
Reddere prælectionem.	*To ſay the leſſon.*
Reddere urinam,	*To make water.*
Referre gratiam.	*To repay a favour.*
Referre par pari.	*To return like for like.*
Refert parùm.	*It's no great matter.*
Remorare commodum alicujus.	*To hinder one's advantage.*
Repetere aliquid.	*To fetch back any thing.*
Repetere prælectionem.	*To ſay off the leſſon.*
Repetere ſcholam.	*To return to ſchool.*
Sapere altum.	*To be too wiſe.*
Sum oblitus.	*I forgot.*
Tacere culpam.	*To conceal a fault.*
Tenere memoriâ.	*To have by heart.*
Tenere memoriter.	*To have in memory.*

Tenere prælectionem.	*To have the leſſon.*
Tuâ cauſâ et ejus.	*For both your ſakes.*
Venire conventum.	*To meet.*
Videtur mihi.	*It ſeems good to me; I think.*
Ultrò citròque.	*To and fro; backwards and forwards.*
Urgere aliquem.	*To preſs one.*
Ut fit.	*As it happens.*

Abbreviations in the VOCABULARY *explained.*

Adj.	Adjective Noun.
Sub.	Subſtantive Noun.
inv.	Invariable Noun.
m.	Maſculine Gender.
f.	Feminine Gender.
n.	Neuter Gender.
com.	Common Gender.
gen.	Genitive Caſe.
ſ.	Singular Number.
pl.	Plural Number.
pro.	Pronoun.
v. 1.	Verb of the firſt Conjugation.
v. 2.	Verb of the ſecond Conjugation.
v. 3.	Verb of the third Conjugation.
v. 4.	Verb of the fourth Conjugation.
v. ſub.	Verb ſubſtantive.
v. irr.	Verb irregular.
v. def.	Verb defective.
v. imp.	Verb imperſonal.
ger.	Gerund of a Verb.
par.	Participle.
adv.	Adverb.
præ.	Prepoſition.
interj.	Interjection.
con.	Conjunction.

VOCABULARIUM.

A

A, prae. *From, by*
Ab, prae. *From, by*
Abeo, v. irr. *I go away*
Abérro, v. 1. *I go wrong*
Abhinc, adv. *Hence*
Abrahám-us, i, m. Abraham
Abrúmpo, v. 3. *I break off*
Abs prae. *Without*
Abs-ens, entis, adj. *Absent*
Absólvo, v. 3. *I absolve*
Absólvo, v. 3. *I finish*
Abíque, prae. *Without*
Abstíneo, v. 2. *I abstain*
Absum, v. irr. *I am absent*
Absúmo, v. 3. *I take away, spend*
Abúnde, adv. *Abundantly*
Abúndo, v. 1. *I abound*
Abútor, v. 3. *I abuse*
Ac, con. *And, as*
Accédo, v. 3. *I approach*
Accéndo, v. 3. *I kindle, inspire*
Acceptúrus, par. *About to get*
Acceptus, par. *Got, received*
Acceptus, par. *Welcome*
Accersitus, par. *Called, sent for*
Accérso, v. 3. *I call, send for*
Accído, v. 3. *I happen*
Accipio, v. 3. *I take, get*
Accommodátus, par. *Fitted, suited*
Accrésco, v. 3. *I grow to*
Accúrro, v. 3. *I run to*
Accúso, v. 1. *I accuse*
Acérbus, adj. *Bitter*
Acerbíssimus, adj. *Bitterest*
Actio, ónis, f. *An action*
Actus, par. *Done*
Accuráte, adv. *Accurately*
Acus, ûs, m. *A needle*
Ad, prae. *To, at*
Addéndus, par. *To be added*
Addísco, v. 3. *To learn perfectly*
Addo, v. 3. *I add*
Addúco, v. 3. *I bring*
Adeò, adv. *So, so much*
Adeo, v. irr. *I go to*
Adfero, v. irr. *I bring*
Adhibéndus, par. *To be applied*
Adhíbeo, v. 2. *I apply*
Adhuc, adv. *As yet*
Adjúdico, v. 1. *I adjudge*
Adjuménum, i, n. *A Help*
Adjútor, óris, m. *A Helper*
Adjuvo, v. 1. *I help*
Administrandus, par. *To be administered*
Admodùm, adv. *Very*
Admóneo, v. 2. *I admonish, acquaint*
Admonítio, ónis, f. *Admonition*
Admónitus, par. *Admonished*
Adoléscens, entis, par. *Young*
Adspéctus, ûs, m. *A sight, view*
Adsum, v irr. *I am here*
Advectus, par. *Brought*
Advenio, v. 4. *I come to*
Advéntus, ûs, m. *An arrival*
Advérsus, adj. *Adverse, cross*
Advérsus, prae. *Against*
Adverténdum, i, ger. *Adverting to*
Adverténdus, par. *To be adverted to*
Advérto, v. 3. *I advert to*
Æger, adj. *Sick*
Ægrè, adv. *Hardly, scarcely*
Ægróto, v. 1. *I am sick*
Ægrótus, adj. *Sick*
Æquál-is, e, adj. *Equal, right*
Æquè, adv. *Equally*
Æquit-as, atis, f. *Equity*
Æquus, adj. *Equal, fair*
Æquus, adj. *Patient*
Æst-as, átis, f. *Summer*
Æstimándus, par. *To be esteemed*
Æstimo, v. 1. *I esteem*
Æst-us, ûs, m. *The heat*
Æstuo, v. 1. *I am hot*
Æt-as, atis, f. *Age*
Æternus adj. *Eternal*
Affatim, adv. *Plentifully*
Affect-us, ûs, m. *Affection*
Affectus, par. *Affected*
Affero, v. irr. *I bring*
Afficio, v. 3. *I affect*
Affigo, v. 3. *I fix to*
Affirmo, v. 1. *I affirm*
Affixus, par. *Fixed to*
Affligo, v. 1. *I afflict*
Affligo, v. 3. *I afflict*
African-us, i. m. Africanus
Agè, adv. *Come on*
Agendum, adv. *Come on*
Agéndum, i, ger. *Doing*
Agéndus par. *To be done*
Ag-ens, éntis, par. *Doing*
Agnósco, v. 3. *I know, own*
Agnósco, v. 3. *I acknowledge*
Ago, v. 3, *I do, give*
Ah! inter. *Ah!*
Aha! inter. *Aha!*
Alo v. def. *I say*
Alacriter, adv. *Cheerfully*
Ale-a, æ, f. *The Dice*
Aliàs, adv. *At other times*
Alicubi, adv. *Somewhere*
Alicúnde, adv. *From somewhere*
Alién, v. 1. *I alienate*
Aliénus, adj. *Another's*
Alimént um, i, n. *Nourishment, Boarding*
Aliò, adv. *To somewhere else*
Alióqui, adv. *Otherwise*
Alióquin, adv. *Otherwise*
Aliquà adv. *Some way*
Aliquándiu, adv. *For some time*
Aliquando, adv. *Sometimes*
Aliquantúl-um i. n. *A little*
Aliquántulùm. adv. *Some while*
Aliquántulus, adj. *Somewhat, a little*
Aliquis, adj. *Any, some*
Aliquò, adv. *Some whither*
Aliquot, adj inv. *Some, so many*
Aliquóties, adv. *Sometimes*
Alióunde, adv. *From somewhere else*
Alius, adj. *Another, other*
Allicio, v. 3. *I entice*

Alloquor,

Affoquor, v. 3. *I ſpeak to*
Alter, adj. *Another, the other*
Alternus, adj. *Alternate*
Alternus, adj. *By turns*
Alteruter, adj. *The one or the other*
Alti-or, us, adj. *Higher*
Altus, adj. *High*
Amabo adv. *I pray*
Amantiſſimus, adj. *Moſt loving*
Ambu ati-o, onis f. *A walk*
Ambu and-um, i, ger. *Walking*
Ambulo, v. 1. *I walk*
Amicè, adv. *Friendly*
Amiciſſimè, adv. *Very friendly*
Amiciſſimus, adj. *Moſt friendly*
Amicitia, æ, f. *Friendſhip*
Amic-us, i. m. *A friend*
Amiſſio, onis, f. *The loſs*
Amiſſus, par. *Loſt*
Amitto, v. 3. *I loſe*
Amo, v. 1. *I love*
Am-or, óris, m. *Love*
Amplector, v. 3. *I embrace*
Ampli-or, us, adj. *Larger*
Ampliſſimus, adj. *Largeſt*
Ampliùs, adv. *More fully, any more*
An, con. *Whether*
Ancill-a, æ, f. *A Hand-maid*
Angli-cánus, adj. *Engliſh*
Anglicè, adv. *In Engliſh*
Anglicus, adj. *Engliſh*
Angul-us, i. m. *A Corner*
Anhé-us, adj. *Breathing, Panting*
Anim-a, æ, f. *The Soul*
Animul-us, i, m. *A Sweet-heart*
Anim-us, i. m. *The Mind*
Annon. adv. *Whether*
Annón-a, æ, f. *Victual*
Ann-us, i, m. *A Year*
Antè, adv. *Before*
Ante, præ. *Before*
Antèa adv. *Before*
Anteáquam, adv. *Before that / Sooner than*
Antequàm, adv. *Before that / Sooner than*
Antóni us, i, m. *An ony*
Apagè, inter. *Away*
Aperiéndus, par. *To be opened*
Apério, v. 4. *I open*
Apértus. par. *Opened*
Apophthégm-a, atis. n. *An Apophthegm / Maxim*
Appáreo, v. 2. *I appear*
Apparit-or, óris, m. *A Serjeant*
Appéllo, v. 1. *I call, name*
Appeténti-a, æ, f. *A deſire / An appetite*
Appóno, v. 3. *I put to, add to*
Approbo, v. 1. *I approve, prove*
Aptè, adv. *Fitly*
Apti-or, us, adj. *Fitter*
Aptiſſimè, adv. *Very fitly*
Aptiſſimus, adj. *Fitteſt*
Apto, v. 1. *I fit*
Aptus, adj. *Fit*
Apud, præ. *At, beſide*
Aqu-a, æ, f. *Water*

Aquóſus, adj. *Wateriſh / Watery*
Arbiter, tri, m. *A Judge*
Arbitri-um, i, n. *Pleaſure, will*
Arb-or, oris, f. *A Tree*
Arc-a, æ, f. *A Cheſt, box*
Arctiùs, adv. *More cloſely*
Ard or, óris, m. *Heat*
Arc-a, æ f. *A Court yard*
Argumént-um, i, n. *An argument*
Arm a, órum, n. *Arms*
Ar ídeo, v. 2. *I pleaſe*
Ars, artis, f. *An art, trade*
As. aſſis, m. *A Penny*
Aſcéndo, v. 3. *I aſcend, climb*
Aſin us, i, m. *An Aſs*
Aſpérſus, par. *Sprinkled*
Aſpicio, v. 3. *I behold*
Aſpórto, v. 1. *I carry away*
Aſſequor, v. 3. *I attain, overt*
Aſſi luè. adv. *Conſtantly, daily*
Aſſíduus, adj. *Conſtant, continual*
Aſſuéſco v. 3. *I occaſion*
Aſsúmo, v. 3. *I take, aſſume*
Aſſus, par. *Roaſted*
Aſtringo, v. 3. *I tie, faſten*
At, con. *But*
Atat! inter. *Ha!*
Atque, con. *And*
Atqui, con. *But*
Atténdo, v. 3. *I attend*
Atténtè, adv. *Attentively*
Atténti-o, ónis, f. *Attention*
Attentiſſimè, adv. *Very attentively*
Atténtus, adj. *Attentive*
Attíneo. v. 2. *I appertain*
Atramént-um, i, n. *Ink*
Avárus, adj. *Covetous*
Avérto, v. 3. *I avert, turn away*
Auctári-um, i, n. *Surplage, into the bargain*
Auct or, óris, m. *An Author*
Audáci-or, us, adj. *Bolder, too bold*
Audâcter, adv. *Boldly*
Aud-ax, ácis, m. *Audax*
Aud-ax, ácis, adj. *Boldly*
Audeo, v. 2. *I dare*
Audiénd-um, i, n. *Hearing*
Audiéndus, par. *To be heard*
Aúdiens, entis, par. *Hearing*
Aúdio, v. 4. *I hear*
Audít-or, óris, m. *A hearer*
Audi tóri-um, i n. *An Auditory*
Auditus, par. *Heard*
Auſúgio, v. 3. *I fly away*
Aúgeo, v. 2. *I augment*
Aul-a, æ, f. *A Hall*
Aurátus, adj. *Gilt, gilded*
Áureus, adj. *Golden*
Aur-is, is, f. *The Ear*
Auſcúlto, v. 1. *I liſten*
Auſpicatò, adv. *Happily*
Auſus. par. *Daring*
Aut, con. *Or, either*
Autem, con *But*
Auth-or, óris, m. *An Author*
Aut or, óris, m. *An Author*
Autumnál-is, e, adj. *Autumnal*

Auxíli-um, i, n. *He'p, aid*

B

Bellè, adv. *Well*
Bene, adv. *Well*
Benefácio, v. 3. *I do good*
Beneficénti-a, æ, f. *Kindneſs*
Benefi-i-um, i, n. *A kindneſs*
Benígnè, adv. *Kindly, bountifully*
Benignit-as, átis, f. *Bounty, kindneſs*
Benígnus, adj. *Bountiful, kind*
Bernárd-us, i, m. Bernard
Bibliopól-a, æ, f. *A Bookſeller*
Biblium, i, n. *A Bible*
Bibo, v. 3. *I drink*
Bíbulus, adj. *Blotting*
Bidu-um, i, n. *Two days*
Bienni-um, i, n. *Two years*
Bi-n-i, æ. a, adj. pl. *Two*
Bónit-as, átis, f. *Goodneſs*
Bon-um, i, n. *A good*
Bonus, a, j. *Good*
Brévi-or, us, adj. *Shorter*
Brev-is, e, adj. *Short*
Breviſſimus, adj. *Shorteſt, very ſhort*
Bréviter, adv. *Briefly*
Búbul a, æ, f. *Beef*
Bucc-a, æ, f. *The Cheek*
Butyr-um, i, n. *Butter*

C

Cædo, v. 3. *I ſtrike, beat*
Cæter, adj. *The reſt*
Cæterùm, adv. *Moreover*
Cálam-us, i, m. *A Quill, Pen*
Calc-ar, aris, n. *A Spur*
Calceo, v. 1. *I ſhoe*
Cálce-us, i, m. *A ſhoe*
Ca'x, cis. f. *The Heel*
Cautio, ónis, f. *A Caution*
Cauto, v. 1. *I ſing*
Capill-us, i, m. *A Hair*
Capio, v 3. *I take*
Captándus, par. *To be taken*
Captus, par. *Taken, catched*
Cap-ut, itis, n. *The Head*
Cap-ut, itis, n. *A Chapter*
Carc-er eris, m. *A Priſon*
Cáreo, v. 2. *I want*
Cári or, us, adj. *Dearer*
Cariſſimus, adj. *Deareſt*
Cárit as, átis, f. *Scarceneſs*
Carmen, inis, n. *A Verſe*
Car-o, nis, f. *Fleſh*
Carus, adj. *Dear*
Cáſe-us, i, m. *Cheeſe*
Castane-a, æ, f. *A Cheſnut*
Catálog us, i, m. *A Catalogue*
Catechiſm-us, i, m. *A Catechiſm*
Cathédr-a, æ, f. *A chair*
Cat-o, ónis, m. Cato
Cáveo, v. 2. *I take care* / *I am aware*
Caul-is, is, m. *A Barrel*
Caupónul a, æ, f. *A Tap Houſe*
Cauſ-a, æ, f. *A Cauſe, account*

Cáuti-o, ónis, f. *Caution*
Cedo, v. def. *Give*
Celeriter, adv. *Swiftly*
Celo, v. 1. *I conceal*
Cénſeo, v. 2. *I think*
Cerno, v. 3. *I diſcern* / *Perceive, ſee*
Certánd-um, i, ger. *Diſputing*
Certè, adv. *Certainly*
Cérti-or, us, adj. *More certain*
Certiſſimè, adv. *Moſt certainly*
Certíſſimus, adj. *Moſt certain*
Cértiùs, adv. *More certainly*
Certo, v. 1. *I diſpute*
Certò adv. *Certainly*
Cessándum, i, ger. *Loitering*
Ceſſo, v. 1. *I loiter, ſtay*
Chári-or, us, adj. *Dearer*
Chariſſimus, adj. *Deareſt*
Charus, adj. *Dear*
Chárit-as, átis, f. *Love, Charity*
Chart-a, æ, f. *Paper*
Chartul-a, æ, f. *A little paper*
Chriſtiánus, adj. *Chriſtian*
Chriſt us, i, m. *Chriſt*
Cib-us, i, m. *Meat, meal*
Cicer-o, ónis, m. Cicero
Cingul-um, i, n. *A Belt, Girdle*
Circumforáneus, adj. *Pedling, travelling*
Circumſpácio, v. 3. *I look about, conſider*
Citiùs, adv. *Sooner*
Citò, adv. *Soon, ſpeedily*
Citra, præ. *Beyond, without*
Citra, præ. *On this ſide*
Citro, adv. *Thither*
Civílit-as, átis, f. *Civilty*
Civ-is, is com. *A Citizen*
Clámito, v. 1. *I cry often*
Clamo, v. 1. *I cry*
Clam-or, óris, m. *Noiſe*
Clarus, adj. *Clear, famous*
Clem-ens, éntis, m. Clement
Cleménti-a, æ, f. *Clemency*
Claſſ-is, is, f. *A Cloſe, fleet*
Cłyſt er, eris, m. *A Gyſter*
Coactus, par. *Conſtrained, forced*
Coctus, par. *Boiled*
Cod-ex, icis, m. *A Book*
Cœléſt-is, e, adj. *Heavenly*
Cœl-um, i, n. *Heaven, air*
Cœn-a, æ, f. *Supper*
Cœnánd um, i, ger. *Supping*
Cœno, v. 1. *I ſup*
Cœpi, v. def. *I begin*
Cogitándum, i, ger. *Thinking*
Cogitándus, par. *To be thought*
Cógit ans, antis, par. *Thinking*
Cogi táti-o, onis, f. *Cogitation, thought*
Cóg ito, v. 1. *I think*
Cogníti-o, ónis, f. *Knowledge*
Cogo, v. 3. *I force, conſtrain*
Cóiaph-us, i, m. *A Buffet, ſlap*
Colligend-um, i, ger. *Gathering*
Colligéndus, par. *To be gathered*
Cólligo, v. 3. *I gather, collect*
Colloquénd-um, i, ger. *Talking together*

Colléqui-um,

Collóqui-um, i, n. *A Discourse*
Colloquor, v. 3. *I talk together*
Colliídeo, v. 3. *I play together*
Cólluo, v. 3. *I rinse*
